



Sancti Hieronymi Stridoniensis Opervm, Tomi ...

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplarium multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75132)

A COMMENTARIORVM BEDÆ PRESBYTERI IN PARABOLAS SALOMONIS, LIBER SECVNDVS. CAPVT X.

Parabole Salomonis filij David, regis Hierusalem. Nouum ponit titulu: quia nouum genus locutionis incipit, vt non sicut prius de singulis bonoru malorumve partibus diutius disputet, sed alternis versibus, auctus vtrorumque describat.

b ¶ Filius sapiens latificat patrem, &c. Qui accepta fidei mysteria bene seruat, latificat Deum patrem: qui verò hæc actione mala, vel hæresi commaculat, matrem contristat Ecclesiam.

c ¶ Non proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. Et à transitoria morte sapius: vt Daniel, & tres pueros, à perpetua semper iustitia liberat.

At verò thesauri p impietatem congregati, & si aliquando à morte corporali videntur eripere, plus tamè mali pro impietate qua acquisiti sunt, quàm commodi in eo quod pro vita sunt dati, conferunt.

d ¶ Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impioru subuertet. Et si quando iustum impij fame affligunt, vel etiam necant, non lædent animam eius, quam dominus in vita futura suæ gloria visionis cõsolabitur, qui & eadem impiorum insidias, in ipsos iuste iudicando, retorquet.

e ¶ Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui negligenter viuunt in hoc sæculo, egebit bonis in futuro. At qui fortiter domino militat, diuitijs æternæ beatitudinis remunerabitur.

f ¶ Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem sterit æstate, &c. Qui congregat Christo animas fidelium, filius sapiens est: & quidem messis hæc multa est, operarij autem pauci. Qui verò hoc tempore acceptabili à sua salute curanda torpescit, confundetur in die retributionis.

g ¶ Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Iustus dicitur in iudicio: Venite benedicti, percipite regnum. Os autem impiorum quod comestationi & ebrietati, & colloquijs malis seruiebat, iniquitate quam gessit, condemnabitur. Denique os illius operuit iniquitas, qui in tormentis positus, linguam sibi in qua ob plura scelera plus punitus est, refrigerari quæsiuit.

h ¶ Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Et in hac vita boni bonos, siue viuentes siue defunctos, laudibus efferunt: Impiorum autem & actus detestantur & nomen: & in vita futura, iusti in Dei laudibus viuunt. Reproborum autem honor, nomenq; & laudes, putribus gehennæ supplicijs mutantur: vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

i ¶ Qui ambulat simpliciter, &c. Qui simpliciter se viuere nouit, facile cuncta spernit aduersa: quia se per hæc ad gaudia venturum esse confidit, dicens cum propheta: Dominus defensor vite mee, à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulat me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. At qui prauis incedit vijs, nolens licet, patere,

Dan. 6. e & 3. e

B

Matt. 9. d

Ibid. 25. a

Luce. 19. f

Psal. 22. a

scit: ac digna factis recipit: Nihil enim occultum quod non reuelatur.

k ¶ Qui annuit oculo, dabit dolorem. Qui in nutibus oculorum irridet aliquem, non euadet sine dolore tormenti, aut pœnitudinis: de qualibus dicit psalmista: Qui oderunt me gratis: & annuit oculis. Vel certe qui annuit oculo, dabit dolorem: quia filius stultus, dabit do-

CAPVT X.

Parabole Salomonis filij David regis Hierusalem. Filius sapiens latificat patrem: filius verò stultus, mœstitia est matri suæ. Non proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte.

Non affliget dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Qui autem nititur mendacijs, hic pascit ventos: idem sequitur aues volantes. Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem sterit æstate, filius confusionis. Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Sapiens corde præcepta suscipit, stultus caditur labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem. Stultus labijs verberabitur. Vena vitæ, os iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Odium suscitatur rixas, & vniuersa delicta operit charitas. In labijs sapientis inuenietur sapientia, & virga in dorso eius qui indiget corde. Sapientes abscondunt scientiã: os autem stulti, confusioni proximũ est. Substantia diuitijs, vrbs fortitudinis eius: pauper, egestas eorum. Opus iusti, ad vitam: fructus aut impij, ad peccatum. Via vitæ, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. Abscondunt odium labia mendacia: qui profert cõtumeliam, insipiens est. In multiloquio nõ deerit peccatum: qui aut moderatur labia sua, prudentissimus est. Argentum electũ, lingua iusti: cor aut impiorum pro nihilo. Labia iusti erudiunt plurimos: qui aut indocti sunt, in cordis egestate morietur. Benedictio

litem: quia filius stultus, mœstitia est matri suæ.

¶ Stultus labijs verberabitur. Vel suis videlicet quibus damnari meruit: quia mors & vita in manibus lingue. Vel eorum à quibus (quia corrigi non potuit) sententiam damnationis accepit. Quo modo psalmista cum ait: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa: Vtrunque à domino quærit, vt & ipse labia iniqua, ac lingua dolosa non habeat: & aliorum iniquitate ac dolis minime possit decipi.

m ¶ Vena vitæ, os iusti. Et dominus de doctoribus: Qui crederis inquit, in me sicut scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aque viue.

n ¶ Os autem impiorum, operit iniquitatẽ, &c. Impij sunt, qui vel sua vel proximorum errata, ne ad sanitatem perueniant, defendendo contegunt: quod execratur propheta, dominum orat, vt non declinet cor suum in verbum malum ad excusandas excusationes in peccatis.

o ¶ In labijs sapientis inuenietur sapientia: & virga in dorso eius, &c. Virga in dorso, est vindicta in posterioribus, id est, in sequenti vita: quam bene plaga illa famosa qua Philistæi in natis feriebatur, exprimit. Qui ergo non vult virgam in dorso portare, portet in labijs sapientiam: loquatur laudes Christi, & præcepta prædicet. Verum quia semper dominum laudare, non autem semper docere: nec omnia quæ nouit, omnes docere sapienti conuenit, rectè subditur.

p ¶ Sapientes abscondunt scientiam. Sciẽtes videlicet: quia tempus tacendi, & tempus loquendi. Vnde propheta: Dum confisteret, inquit, peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Et Apostolus: Nihil me iudicauis scire inter vos: nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

q ¶ Os, &c. Quia vel inordinatè bona, vel aptè loquitur mala.

r ¶ Substantia diuitijs, vrbs fortitudinis eius: pauper, egestas eorum. Diuites confidunt in diuitijs, quasi in vrbe munita. Pauperes ideo pauent, ne deficiant: quia se norunt egenos. Spiritualiter: qui in Deum diues est per bona opera, confidit in illo quasi in vrbe inexpugnabili: quia à nullo possit hoste superari. At qui virtutum inopia coangustantur: ideo cælestibus egent diuitijs, quia noxio pauore timent duros pro domino tolerare labores.

s ¶ Abscondit, &c. Si ergo verax, & sapiens esse desideras, odiũ neq; in abscondito cordis contege, nec per oris cõtumeliam profer: sed tuum & cor dilectione, & os veritate repleatur.

t ¶ Argentum, &c. Sacerdotum prædicatio igne spiritus succincta, velut argentum examinatur. Argentum quippè vel aurum, si reprobũ est, igne consumitur: li verò probatum, igne declaratur: sic nimirum est sensus vniuersiuusque operantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur, ostenditur, hoc est, sapientia huius mundi, seu hereticorum dogma apud eos qui in verbo Dei eruditi esse noscuntur, pro nihilo existimatur.

re, non autem semper docere: nec omnia quæ nouit, omnes docere sapienti conuenit, rectè subditur.

p ¶ Sapientes abscondunt scientiam. Sciẽtes videlicet: quia tempus tacendi, & tempus loquendi. Vnde propheta: Dum confisteret, inquit, peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Et Apostolus: Nihil me iudicauis scire inter vos: nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

q ¶ Os, &c. Quia vel inordinatè bona, vel aptè loquitur mala.

r ¶ Substantia diuitijs, vrbs fortitudinis eius: pauper, egestas eorum. Diuites confidunt in diuitijs, quasi in vrbe munita. Pauperes ideo pauent, ne deficiant: quia se norunt egenos. Spiritualiter: qui in Deum diues est per bona opera, confidit in illo quasi in vrbe inexpugnabili: quia à nullo possit hoste superari. At qui virtutum inopia coangustantur: ideo cælestibus egent diuitijs, quia noxio pauore timent duros pro domino tolerare labores.

s ¶ Abscondit, &c. Si ergo verax, & sapiens esse desideras, odiũ neq; in abscondito cordis contege, nec per oris cõtumeliam profer: sed tuum & cor dilectione, & os veritate repleatur.

t ¶ Argentum, &c. Sacerdotum prædicatio igne spiritus succincta, velut argentum examinatur. Argentum quippè vel aurum, si reprobũ est, igne consumitur: li verò probatum, igne declaratur: sic nimirum est sensus vniuersiuusque operantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur, ostenditur, hoc est, sapientia huius mundi, seu hereticorum dogma apud eos qui in verbo Dei eruditi esse noscuntur, pro nihilo existimatur.

a ¶ Quasi

C

Matt. 10. e

Psal. 34. e

Supra eod.

Infra 12. d

Psal. 101. a

Iuan. 14. f

Psal. 140. a

D

Reg. 16. b

Ecl. 3. b

Psal. 38. a

1. Cor. 2. a

Psal.

D. HIER. TO. VI. 7.

E a *Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia.* Prudentia à providendo nomen accepit. Stultus igitur est qui gaudet in scelere. Sapientis autem est & ceterius, qui viri nomine dignus sit prævidere: quia risus dolore miscbitur: & gaudia peccandi, pœna sequetur ultionis.

b *Quod timet impius, venit super eum: desiderium suum iustus dabitur.* De illo impio dicit, qui sciens peccat. Timet ergo impius videre districtum iudicem: Desiderant iusti dissolvi & esse cum Christo. Ille ne terrenis gaudijs privetur, & sempiterna ultione plectatur: isti ne incolatus eorum prolongetur: sed præmia pro quibus certavere, percipiunt: utriusque autem quod corde tenent, adveniet.

c *Quasi tempestas transiens non erit impius, &c.* De persecutoribus ecclesiæ dicit, qui domum fidei subvertete querunt: sed illa in vero fundamento, hoc est, in Christo collocata, ipsi exemplo disperseunt.

d *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his qui miserunt eum in via.* Sicut acetum dentibus, & fumus contrarius est oculis: ita sacerdos in Ecclesiâ pravius per acredinem peccati fidelium sensus obtundere facit: atque erroris ignorantia oculos cordis eorum ab intuitu fidei seu intellectu rectitudinis, dum caligant, velut fumus excæcat. Sicut hereticorum perfidia bonis doctoribus molestiâ generat & lacrymas: sic male vivens catholicus eis qui se fidem suam ex operibus ostendere iusserunt, per inertiam gravis est. Oculi quippè & dentes, prædicatores sunt sanctæ Ecclesiæ: qui ei & recta itinera prævidere, & alimeta spiritalia suggerere solent. Porro acetum quod à vino degenerat: & fumus qui ab igne ascēdens evanescit, eos qui ab ecclesiastica suavitate & charitate per superbiam vel locordiam recedentes, hanc etiâ verbis impugnant, figuratè denuntiant: de quibus dicit Ioannes: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.*

e *Timor domini apponet dies, & anni impiorum breviabuntur.* Qui Deo fideliter serviunt, æterna luce donabuntur: at qui impietati manciantur, cum hac vita, perdunt bona quæ amant.

f *Expectatio iustorum lætitia, &c.* Patet quia iusti lætantur in expectatione vitæ sequentis, quamvis conturbentur afflictione pressuræ præsentis. Vnde est illud: *Tu es mihi refugium in pressura qua circumdebet me, exultatio mea.* At verò impij qui se putant in futuro requieturos, aut certè nullos post mortem futuros, falluntur. Neque huic repugnat sententiâ quod supra dictum est: *Quod timet impius, venit super eum.* Sunt enim qui scientes futurorum bonorum malorumque iudicium: nihilominus negligentia vel desperatione, vel etiam de industria peccant: talibus ergo interitus quem timent, eveniet. Sunt qui mala faciunt, & aut nunquam puniendâ æstimant, aut vt bene gesta, ideoque bona mercede remuneranda iudicant, de quibus rectè dicitur: *Quia spes impiorum peribit.* Nam & de his qui scientes delinquant, subsequenter adiungit.

g *Fortitudo simplicis, &c.* Si, inquit, abdita scripturarum comprehendere non vales, nõ tamen de salute desperes: sed gradere viâ domini, age bona quæ nosci, & inter fortes connumeraberis. Sed meritò pauca illi, qui recta quæ novierunt,

facere contemnunt: quia certa restant quæ sequantur mala.

CAPVT XI.

Statera dolosa, &c. Statera dolosa, non tantum in mensuratione pecuniæ, sed in iudiciaria discretione tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter fo-

atio domini diuites facit: nec sociabitur eis afflictio. *Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia.* *Quod timet impius, venit super eum: desiderium suum iustus dabitur.* *Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.* Sicut acetum, dentibus: & fumus, oculis: sic piger his qui miserunt eum in via. *Timor domini apponet dies, & anni impiorum breviabuntur.* *Expectatio iustorum, lætitia: spes autem impiorum peribit.* *Fortitudo simplicis, via domini: & pavor his qui operantur malum.* Iustus in æternum non commovebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam: lingua pravorum peribit. Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa.

CAPVT XI.

Statera dolosa, abominatio est apud Deum: & pondus aquum, voluntas eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. *Vbi autem humilitas, ibi & sapientia.* Simplicitas iustorum dirigit eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. Non proderunt diuitiæ in die ultionis, iustitia autem liberabit à morte. Iustitia simplicis dirigit viam eius: & in impietate sua corruer impius. Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui. *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes.* Et expectatio sollicitorum peribit. *Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.* Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. *Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subvertetur.* *Qui despicit amicum suum,*

vel suorum precibus & elemosynis, missarumque celebrationibus: sed hæc quibuscunque sunt: & ante iudicium, & de leuioribus sunt erratis. Qui verò se longè post iudicium tempore liberandos putant, falluntur: & fortalsè ad eos pertinet quod sequitur.

Et expectatio sollicitorum peribit. Item alia est sollicitudo qua boni semper ad implenda Dei præcepta sunt præcincti: alia qua reprobis cum scieret peccant, solliciti metuent: quando æternam rapiantur ad penam. Ideoque rectè expectatio eorum qui Deo sollicita mente seruiunt, coronabitur: eorum verò qui Deum contemnescentes, & ante iudicium propria conscientia se accusante, condemnantur. *Expectatio sollicitorum peribit.* Hunc versum longè aliter habet antiqua translatio quæ ait: *Defuncti hominis iusti, non periet spes: gloria autem impiorum peribit.*

Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Martyr quilibet de angustia passionis liberatus est post mortem, & tradetur in penam pro eius causa persecutor, qui illum angustiauit. Iacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere saluatus, & Herodes qui eos persecutus est, à vermibus visibiliter cõsumptus, raptus est, vbi inuisibiliter vermis eius non morietur, & ignis non extinguetur.

Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. Hæreticus simulans doctrinam Catholicam, decipit auditorem suum: qui autem iustè veritatem sequuntur Euangelij, liberabuntur scientia Catholica, ne decipula rapiantur hæretica.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est, &c. Non est

dalis, aliter audit ignoti: statera vti que librat iniqua. Sed & is qui sua bene gesta meliora quam proximorum, suaque errata iudicat leniora, trutinâ ponderat dolosa. Nec non & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominũ: ipse autem vno digito suo non vult ea tangere: Ille etiam qui in publico bona, & mala agit in occulto, pro iniquitate librę dolosæ abominatur à domino. At qui synceriter agit in omnibus, qui causam & æqua lance discernit: is nimirum iusti iudicis voluntati, & actioni congruit.

Vbi fuerit superbia, &c. Quia superbi vel cõtumeliosè se gerunt per contemptum, sine per ignorantia disciplina, vel proximis contumelias ingerunt: vel certè quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.

Vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Abscondisti, inquit, hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti caparulis, id est, humilibus.

Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Heu miserè hæc sententiam pertransijt Origenes: qui post vniuersale extremumque iudicium, vitam credidit omnibus impijs & peccatoribus dandam. Notandum autè quod & si impijs post mortem spes veniæ non est: sunt tamen qui de leuioribus peccatis, cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolui: vel penis videlicet castigati, vel suorum precibus & elemosynis, missarumque celebrationibus: sed hæc quibuscunque sunt: & ante iudicium, & de leuioribus sunt erratis. Qui verò se longè post iudicium tempore liberandos putant, falluntur: & fortalsè ad eos pertinet quod sequitur.

Et expectatio sollicitorum peribit. Item alia est sollicitudo qua boni semper ad implenda Dei præcepta sunt præcincti: alia qua reprobis cum scieret peccant, solliciti metuent: quando æternam rapiantur ad penam. Ideoque rectè expectatio eorum qui Deo sollicita mente seruiunt, coronabitur: eorum verò qui Deum contemnescentes, & ante iudicium propria conscientia se accusante, condemnantur. *Expectatio sollicitorum peribit.* Hunc versum longè aliter habet antiqua translatio quæ ait: *Defuncti hominis iusti, non periet spes: gloria autem impiorum peribit.*

Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Martyr quilibet de angustia passionis liberatus est post mortem, & tradetur in penam pro eius causa persecutor, qui illum angustiauit. Iacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere saluatus, & Herodes qui eos persecutus est, à vermibus visibiliter cõsumptus, raptus est, vbi inuisibiliter vermis eius non morietur, & ignis non extinguetur.

Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. Hæreticus simulans doctrinam Catholicam, decipit auditorem suum: qui autem iustè veritatem sequuntur Euangelij, liberabuntur scientia Catholica, ne decipula rapiantur hæretica.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est, &c. Non est

Handwritten scribbles and markings on the right margin.

E

Phil. 1. 6.

F

Luc. 11. 6.

Phil. 3. 6.

G

Luc. 11. f

Luc. 10. l

H

Act. 12. 6

A est despiciendus vel deridendus a nobis, qui nos simpliciter amare probatur, etiam si inepte quid per imperitiam faciat: qui enim hoc facit, indigens est sapientia. At verò prudens quisque de talium commissis publicè tacet: sed hæc occultè castigat. Quod idem in sequentibus versiculis arctius incul-

Luc. 17. 9

a ¶ Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum. Et in Euangelio dominus dicit: si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibetecum adhuc unum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum, &c. Vnde & hic rectè subinfertur.

b ¶ Vbi non gubernator, populus corrue: salus autem vbi multa consilia. Ne enim te putares amici commissi, si corrigere non potes, vltra celare debere: rectè dicit populum sine gubernatore correre: saluari autem vbi multa sint consilia, vt ostendat quod solus emendare non vales, pluribus esse reuelandum, vt vnanimi omnium corrigatur indultia.

c ¶ Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. In promptu est literæ sensus. Sed est à sorte sanctorum extraneus, qui peccata sua penitendo corrigere dissimulat, & quicunq; talib;

B

vel communionis gratiâ concedit, vel vitam promittit æternam: quia pro extraneo fidem facit, seipsum profecto ante districti iudicis oculos, vltione dignum reddit. Vel ille pro extraneo fidem facit, qui indignus ad sacerdotium anhelans, in sponsonis suæ fide animas proximorum suscipit.

d ¶ Qui autem cauet laqueos, &c. Securus erit in futuro, qui nunc benè formidolosus, & sua sedulus errata per penitentiam curat, & ab impenitentium se societate seruat immunè.

e ¶ Mulier gratiosa, &c. Mulier gratiosa, sancta Ecclesia intelligitur: quæ in præsentia vita, gratia Dei, hoc est, charismatû donis repleta est, & in futuro gloriam æternâ adeptura est.

f ¶ Et robusti habebunt diuitias. Robusti sunt omnes perfecti, qui in hac vita præsentis per donum Spiritus S. virtutum diuitias possident, & in futuro æterna beatitudine perfructur.

g ¶ Manus in manu, non erit innocens malus. Qui manû iungit in manu, nil vtiq; operatur: sed manus in manu, non erit innocens malus: quia & si ab iniqua actione manus ad horâ subtrahit, cordis tamen innocentiam malus habere non valet. Vnde & præmittitur: Abominabile domino cor prauum.

h ¶ Semen autem iustorum saluabitur. Hoc est quod supra dicitur: Seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Vel certè, semen iustorum saluabitur: quia qui præcedentium iustorum exempla sectantur, horum quoque vestigia ad videnda salutis æternæ gaudia sequuntur. De quibus Esaias: Omnes qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit dominus.

Esai. 61. d

i ¶ Circulus aureus in naribus suis, &c. Circulum aureum, si in naribus suis infixis, nihilominus ille terram vertere naso, & volutabro luti proferat immergita mulier fatua, si pulchritudinem vultus vel habitus acceperit, suam tamen faciem ad infima declinare, suâ speciositatem ad euertèdos vbique castitatis flosculos circumferre, & se ceno voluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentum diuinorum eloquiorum meditando consequitur, sed hoc malè viuèdo insequitur, circulum aureum habet in naribus: sed more suis terram subigere non desistit: quia quod odore iustitiæ percepit, immunda actione fordidauit. Ideoque talis anima, mulier pulchra & fatua esse censetur: quia carnalibus dedita illece-

bris, pulchra est per scientiam: sed per actione, fatua. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore vidit eloquij resplendere, nec tamen sapientiæ apto intellectui cõgruere, circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra & circumflexa locutio in sensibus mentis stulta: cuius ex eloquio aurum splendet, sed

C

tamen ex terrenæ intentionis pondere more suis ad superiora non respicit. Quod securus exposuit dicens: Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica. Pulchra per verbum, fatua per prauum intellectum. k ¶ Desiderium iustorum, omne bonum est: præstolatio impiorum, furor. Desiderium iustorum, regnum celorum: expectatio vero impiorum, furor iudicij venturi. Semper iusti iustitiam vbique regnare desiderant: at impietiam cum quiescere ab impietatis executione videntur, proposito tamen diræ mētis ad inferendam cuiuslibet vim furoris intendunt. Et hoc est quod supra dicitur, Manus in manu nō erit innocēs malus. Item: Præstolatio impiorum, furor: Quia plerunq; ita per silentium clausa intra mentem vehementius æstuat.

l ¶ Alij diuidunt propria, & ditiores sunt. Quia centuplum accipiunt in hoc tempore, & in sæculo venturo, vitam æternam. Electi qui proprias substantias præsentis in vita ob amorem regni celorum indi-

D

gentibus per elemosynas diuidunt, ditiores sunt in celestibus & spiritalibus donis, quàm olim fuerant in terrenis & carnalibus possessionibus.

m ¶ Alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Semper inquit, in egestate raptores, non solum in tormentis, vbi nec stillam aquæ, vnde ad modicum refrigerentur, accipiunt: sed & in præsentibus, vbi quamuis innumera rapiat, semper avarus eget.

n ¶ Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabit. Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit: & dum sacro eloquio mentem auditorum deebnare non desinit, potu multiplicis muneris deebriatus excrefcit.

o ¶ Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. Qui sanctæ prædicationis apud se verba retinet, talis maledicetur in populis: quia non solum culpa silentij, sed pro multorum quos corrigere potuit, poena damnatur. Ipse est seruus piger & malus, qui pro retentione talenti quod accepit, in exteriores tenebras missus est. Vendunt autem frumentum qui verbum vitæ audientibus conferunt, à quibus pretium fidei & confessionis recipiant: dicente domino. Negotiamini dum venio: quorum caput benedictio superuenit, dum singulis de tali negotio redeuntibus dominus dicit: Euge serue bone & fidelis: quia supra pauca fuisse fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Luc. 19. 4

p ¶ Benè surgit diluculo qui querit bona, &c. Bona querere quæ facere debeas, quibus ad cælestia bona peruenias: hoc est benè diluculo consurgere, id est, crescente luce scientiæ ad bonum opus accingi. Vel certè benè, id est, ad vitam consurget in tempore resurrectionis, qui nunc bona querit in tempore operationis. Qui autem mala quæ dicat, siue agat modo solers inquirat: tuæ eorum pondere, ne ad altiora regni perueniat, retardatur.

q ¶ Qui confidit in diuitijs suis, &c. Qui præsentibus bonis inhians futura non cogitat, vtriusque in nouissimo carebit: qui autem spe futurorum præmiorum bona faciunt in præsentibus, iuste quod sperant, accipiunt. Virens quippe in arbore

folium,

E folium, fructus quos nondum ostendere habet, signat affu-
 turos & iusti quasi virens folium germinant: quia spe salui
 facti, in fidei ac virtutum gratia proficere non cessant.
 a ¶ Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est,
 seruiet sapienti.] Stultus, est peccator: quilibet: qui dum vitam
 sapientis, hoc est, iusti inuidet
 atque inuidendo persequitur,
 ad probationem eius velut i-
 gnis auro deseruit. Qui men-
 tem suam tumultibus cogitatu-
 um noxiorum conturbari non
 metuit: hanc vtiq; maligno-
 rum spirituum fluctibus quibus
 obruatur, aperit. Et qui stultus
 est, sapientem persequitur. Per
 hoc ei etiam dominando seruit:
 quia patientiam eius premendo
 probationem reddit, vt se vide-
 licet damnato, ille brauium pro
 quo certabat, accipiat.

b ¶ Fructus iusti, lignum vite.]
 Merces iusti, visio est Christi.
 Ipse namq; est sapientia, de qua
 dictum est: Lignum vite est ample-
 xionibus eam. Et in Apocalypsi:
 Qui viderit, inquit, dabo ei edere de
 ligno vite, quod est in paradiso Dei
 mei. Et hunc fructum modo ius-
 ti expectant, quamdiu sicut
 predictum est, quasi virens foli-
 um germinant.

c ¶ Et qui suscipit animas, sapiens
 domino.] Qui animarum curam pro
 domino suscipit, vt eas scilicet
 vel errantes doceat, vel mæstas
 consoletur: vel egenes tempo-
 ralibus bonis sustentet, vel
 renitentes ad remedia salutis
 pertrahat: vel pastore defuitas
 gubernet, quo vna secum plures ad dominum perducit: qui,
 inquam, ita animas suscipit, sapiens est. Quia nimirum suæ
 animæ per hæc vnde sublimius cum domino regnet, pro-
 curat.

d ¶ Si iustus in terra recipit, &c.] Si sancti martyres tanta passi
 sunt iusti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affli-
 gebant iniusti? Si Iob & Tobias, cæteri que Dei electi tanta
 in hac vita receperunt aduersa: quid contristaris, si te qui tam
 longe a iustorum vestigijs iaces, tentans ad modicum afflic-
 ctio tangit? Et quidem te & si impium dicere aut credere nõ
 debes: peccatorem tamen te esse, id est, aliqua habere pecca-
 ta parua siue magna, aperta siue occulta, inficiari non debes:
 imò confiteri debes, ne te ipse seducas, & veritas in te esse nõ
 possit. Si ergo iusti in terra receperunt, Abel martyr, & Iob
 exempla patientiæ: quanto magis impij Antiochus, atq; He-
 rodes, & peccatores in euangelio paralytici, qui non nisi di-
 missis primò peccatis, curari à domino poterunt? Notandũ
 quod hanc sententiam Petrus in epistola iuxta antiquam
 translationem posuit, dicens. Et si iustus vix saluabitur, impius &
 peccator vbi parebunt?

CAPVT XII.

Qui bonus est, &c.] Horum versiculorum connexio talis
 est. Qui bonus est, non confidit in cogitationibus suis:
 sed domini gratiam quærit, ac per illam accipit, vt piè viuere
 possit. Qui autem cogitationibus suis confidit, bonus esse
 nequit. Nam quia gratiam superni adiutoris petere non cu-
 rat, meritò in impia actione perdurat.

f ¶ Mulier diligens, corona est viro suo, &c.] Patet litera sensus.
 Quia mulier bona & casta, honorem viro suo præbet in om-
 nibus eius virtutibus: ipsa domum bene regens, quasi gra-
 tiam addit coronam. At verò adultera, & si foris speciosa pa-
 ret, intus tamen festore luxuriæ suæ membra inquinat. Ver-
 tum spiritualiter, ecclesia coronam Christo non aliam quam
 seipsum offert: Omnes enim qui in circuitu eius sunt, offe-
 runt munera: & filius Sirach de magno sacerdote: ipse stans in-
 tra aram, & circa illum coronam atru. At ossa, id est, virtutes quas

hæreticorum factio cernitur habere, putredo prauis dogma-
 tis corrumpit.

g ¶ Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum fraudulen-
 ta.] Iusti sua facta, si domino placeant, sedula meditatione
 dijudicant: ne fortè ipsis minus sollicitis, supernus arbiter cõ-
 tra eos inuitabiliter aduersa dis-

ponat: iuxta illud Apostoli. Si
 nosmetipsos dydicaremus, non vtiq;
 dydicaremur. At reprobi diuini
 timoris obliui, de fraude quam
 faciunt, sua consilia cogunt.

h ¶ Vere impius, & non erunt: do-
 mus autem iustorum permanebit.]
 Veri de hac vita impij, non e-
 runt quod fuerant: quia post
 mortem non qualia credebant,
 inueniunt: sed spe sua frustrati,
 pro præijs tormenta recipiunt.
 Domus autem iustorum, id est,
 ecclesia: quæ partim peregrinat
 in terris, partim regnat in cõ-
 celo, nunquam deficit: sed quæ-
 cunque membra eius hinc illo
 perueniunt, ibidem gaudia quæ
 sperabant, inueniunt. Aliter:
 Verte impius, & non erunt.
 Quod multa impietas in dijs
 gentilium, multa in sectis hære-
 ticorum, multa in præstigijs magi-
 corum, multa in persecutionib.
 exitit paganorum: sed & his do-
 mino donante subuersis, ablata
 est pariter & memoria impieta-
 tis eorum: etiam ipsi apices stul-
 ti, ipsa dogmata igne sunt rapta,
 vt in Ephesto actum tempore a-
 postolorum legimus. Domus au-
 tem iustorum permanebit: quia san-
 cta ecclesia nunquã vel abscon-

CAPVT XII.

Qui bonus est, hauriet à domino gratiam:

qui autem confidit cogitationib. suis, im-
 piè agit. Non roborabitur homo ex impietate,
 & radix iustorum non commouebitur. f Mu-
 lier diligens, corona est viro suo: & putredo in
 ossibus eius, qua confusione res dignas gerit.

g Cogitationes iustorum, iudicia: & cõsilia im-
 piorum, fraudulenta. Verba impiorum insidiã-
 tur sanguini: os iustorum, liberabit eos. h Verte
 impius, & non erunt: domus autem iustorum
 permanebit. i Doctrina sua noscitur vir: k Qui
 autè vanus & excors est, patebit contemptui.

l Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm glo-
 riosus & indigens pane. m Nouit iustus animas
 iumentorum suorum. Viscera autè impiorum
 crudelia. n Qui operatur terram suam, saturabi-
 tur panibus: qui autem sectatur otium, stultissi-
 mus est. Qui suavis est, viuunt in moderationib.,
 & in suis monitionibus relinquit contumeliam.

a Desi-

di ponit, vel auferri: nihil ex eius corrumpere scripturis, in
 nullo eius fidem violare, tanta temporum longitudo praua-
 luit. Potest & ita intelligi. Verte impius, & non erunt: con-
 uerte eos ab impietate, & non erunt iam impij, sed iusti, pro
 qua alia translatio dicit: Quocunq; se conuertit scelestus, ex-
 terminabitur: cui contra de sanctis dicitur. Quoniam diligen-
 tibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

i ¶ Doctrina sua noscitur vir.] Viros vocare scriptura solet eos,
 qui virtutibus sunt præditi diuinis. Vnde Apostolus. Vigilate,
 stete in fide, viriliter agite. Doctrina ergo sua quisque vir esse no-
 scitur: quia si recta docet, & hæc operibus implet, sanctus es-
 se colligitur.

k ¶ Qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.] Quia sci-
 licet ipse virilis animi fortitudinem habere contemnit.

l ¶ Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pa-
 ne.] Melior est idiota & simplex idiota, qui bona quæ nouit
 operans, vitam meretur in cœlis, quàm qui clarus eruditione
 scripturarum, vel etiam doctoris functus officio, indiget pa-
 ne dilectionis. De cuius dilectionis ea parte quæ ad proximi-
 um pertinet, sublequenter adiungit:

m ¶ Nouit iustus animas iumentorum suorum.] Id est, miseretur
 & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum sibi
 commissorum.

n ¶ Viscera autem impiorum crudelia.] Impios autem hoc loco
 sacerdotes appellat, qui non solum non compatiuntur sub-
 ditis: sed etiam iuxta hoc quod dominus ait, percutiunt pue-
 ros & ancillas, id est, insipientes, & vitiorum enormitate de-
 biles, dicentes: Moram facit dominus meus venire.

o ¶ Qui operatur terram suam, saturabitur panibus: qui autem se-
 ctatur otium, stultissimus est. Qui suavis est, viuunt in moderationibus,
 & in suis monitionibus relinquit contumeliam.] Ille terram suam
 strenuè operatur, quia arcana cordis sui per quotidiana ex-
 ercitia, per legis meditationem, per vigilantiam mentis,
 quasi qui exercet agriculturam, instanter erudit, atque spiri-
 tualibus cibis velut panibus, ne fame ignoratiæ periclitetur,
 interioris hominis sui sensum reficere non desistit. Qui exer-

G

1. Cor. 11. 2

H

Act. 19.

Rom. 3. 8

1. Cor. 16. 6

Luc. 12. f

A

cet animam suam spiritualibus studijs: & nunc virtutibus, & tunc dapibus saturabitur praeiorum. Qui autem pro salute animae suae nunc laborare detrectat, tunc inter stultos repro- babitur: tamen nunc vel diuina, vel mundana sapientia gloriosus videtur.

a ¶ *Desiderium impij monumentum est pessimorum.*] Desiderat impius praecedentes malos imitari, & de illorum vita atque actibus loqui. Vel certe desiderium eius eo tendit, quamuis ipso nesciente, vt eum prioribus iniustis, aeternae mortis carcere claudatur. Veru[m] quia tales exitu[m] quem minimè prauident, incur- runt: dicit contra de bonis.

b ¶ *Radix autem iustorum proficiet.*] Quia nimirum fides, & charitas electorum, qua radica- ti sunt in Christo, nequaquam eos fallit: sed ad perfectiora sem- per crescens, plus quam sperare nouit, in futuro percipiet.

c ¶ *De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.*] Fructus oris, est sermo bonus. Nam qui mala lo- quitur, non fructum ore generat, sed damnum. Omnis igitur qui bona loquitur, bonis donabitur aeternis: si tamen his quae lo- quitur, actu non repugnat. Hoc etenim vigilanter adiugit, cum dicit:

d ¶ *Et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.*] Neque enim aliter fructuosus fit suus sermo do- ctori, nisi ipse prior faciat bona quae docet.

e ¶ *Fatuus indicat statim iram suam, &c.*] Qui se in praesenti delide- rat vlcisci, fatuus est: qui autem pro domino iniuria[m] contemnit, sapiens. Hunc versiculum alia translatio sic habet: Stultus ea- dem hora pronuntiat iram suam: occultat autem ignominiam suam astutus. Non autem igno- miniosam iracundiae passionem ita à sapientibus occultandam esse decernit, vt eius velocita- tem culpans, non prohibeat tarditatem: quam vtiq[ue] si per necessitatem humanae infir- mitatis irruerit, ideo censuit occultandam: vt dum ad praesens sapienter obtegitur, à sapientibus amoueat, & in per- petuum deleatur. Haec enim est natura irae, vt dilata languet, & pereat: prolata verò magis magisque ferueat.

f ¶ *Est qui promittit, &c.*] Promittunt se nonnulli obedire veritati: sed vbi tentatio terrens, siue blandiens impedimētum praestiterit, deserunt quidem coeptra: sed tamen conscientia promissi, quasi gladio punguntur.

g ¶ *Lingua autem sapientium est sanitas.*] Quia & bona quae promittunt, ipsi perficiendo ad vitam perueniunt: & alijs quae sequantur, praedicando demonstrant.

h ¶ *Labium veritatis firmum erit in perpetuum, &c.*] Labium veritatis, est praedicatio apostolorum atq[ue] prophetarum: quo- rum locutio dum à tramite veritatis non deuiat, in aeternum firma persistit: quia dissolui minimè potest. Testis repenti- nus, doctor est haereticorum: qui ab eorum dictis aberrans: dum ea quae rectè non sentit, repente pronuntiare cupit: mendacium potius quam veritatis locutionem cogitatione sua componit. Fides ecclesiastica semper manebit: qui autem re- pente noua dogmata infert, mendacij est minister.

i ¶ *Homo versutus celat scientiam.*] Versutus hoc loco in bono intelligitur: id est, sapiens & prudens, qui nonnunquam de industria, suam celat scientiam: duplici nimirum ratione,

vel non valens infirmis auditoribus loqui quasi spirituali- bus, sed quasi carnalibus: vel nolens dare sanctum canibus: neque ante porcos margaritas projicere.

k ¶ *Et cor insipientium prouocat stultitiam.* Quando vel ipsi plus appetentes sapere, quam oportet

¶ *Desiderium impij monumentum est pessimorum.* Radix autem iustorum proficiet. Propter peccata labiorum, ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia. De fructu oris sui, vnusquisque replebitur bonis. Et iuxta ope- ra manuum suarum retribuetur ei. Via stulti re- cta in oculis eius: qui autè sapiens est, audit con- silia. Fatuus indicat statim iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiae est: qui autem men- titur, testis est fraudulentus. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiae: Lingua autem sapientium est sanitas. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autè testis est rep- tentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autè pacis incunt consilia, sequitur eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autè reple- buntur malo. Abominatio est domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Homo versutus celat scientiam: Et cor insi- pientium prouocat stultitiam. Manus fortium do- minabitur: quae autè remissa est, tributis seruiet: Meror in corde viri humiliabit illum: & sermo- ne bono latificabitur. Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: Iter autè impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulentus lucrum, & substantia hominis erit auri pretij. In semita iustitiae, vita: iter autè deuum ducit ad mortem.

CAPVT XIII.

¶ *Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illu- sor est, non audit cum arguitur.* De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem impiorum iniqua. Qui custodit os suum: custo- dit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Vult & non vult piger: anima autem operatum impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur, impius au- tem confundit & confunderetur. Iustitia custodit inno-

sione canem mortificandam, siue occidendam tradit: o ¶ *Iter autem impiorum, &c.*] Cum vel sua retinere, vel alie- narare gaudent. Vnde rectè subiungitur.

p ¶ *Non inueniet fraudulentus lucrum, &c.*] Fraude namque ac- quisita pecunia, plus in anima damni quam lucri addit in ar- ca: & qui propriam pro domino substantiam nouit dispensare, remunerante ipso, pro terrenis caelestia dona recipiet. Aliter: Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri pretium: qui fraudulenta mente simulat se esse bonum, ne- quiter viuens in occulto, non inueniet bona vite sequentis. Qui autem substantiam virtutum spiritualium veraciter ac- quirat, mercabitur ex ea claritatem regni perennis: quod ver- bis sequentibus apertius dicit.

q ¶ *In semita iustitiae vita, &c.*] In semita enim iustitiae, substan- tiam acquirit virtutum, quibus aeternae vitae claritas auro pre- tiosior emittit. Iter autem paruum quo fraudulentus incedit, perditio lucro temporali quod appetit, ad mortem quam prauidere noluit, tendit sempiternam.

CAPVT XIII.

¶ *Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illu- sor est, &c.*] Tantum inter sapientem distat & stultum: vt hic aliquando pro- fectu eruditionis ad eum qui se docuerat, docendum perue- niat: ille nec cum arguitur, nouerit audire.

r ¶ *Vult & non vult piger: anima, & cetera.*] Rectè pigri vocabulo dno-

C

Matt. 7. 4

Rom. 12. 4

Matt. 5. 4

D

Luc. 12. 4

A denotatur, qui vult regnare cum domino, & non pati pro eo: delectant premia, cum pollicentur: deterrent certamina, cum iubentur, de quo Iacobus ait: *Vir duplex animo, incongruenti diabus visis*. Et filius Sirach: *Va peccatori terram ingreditur diabus visis*: qui autem iussa operantur domini, ideò faciunt, quia anima illorum perfecta supernorum dulcedine reficitur, iuxta eum qui dominum obsecrat, dicens: *Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea*. Vel certe anima operatium impinguabitur: quia qui pijs pro domino laboribus infundant, caelesti & immarcescibili post labores corona donabuntur.

a *[Est quasi diues, cum nihil habeat, &c.]* Diues sibi videbatur ille qui inducitur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Sed quia Deum non habuit, comperit in fine nihil fuisse quod habuit. Vnde dictum est de calibus: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*. Pauper e contra videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlcerebus plenus: sed in multis erat diuitijs, quia virtutem habuit humilitatis: quia conditor omnium diuitiarum, videlicet Deum, corde gestabat. Quid autem verè diuitia valeant: quid vera paupertas agat, subdendo manifestat.

B *[Redemptio animæ viri, diuitia sua: qui autem pauper est, in creaturam non sustinet.]* Qui ergo animam suam vult redimi à futura ira, cõgreget diuitias operum bonorum: Qui enim eget humilimodi diuitijs, in crepationem districti iudicis sustinere nõ valet: de qua psalmista postulat, dicens: *Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripas me*: Alioquin pauperes non ibi crepantur à domino, sed benedictionem æternæ hereditatis percipiunt.

c *[Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguitur.]* Lux iustorum quæ perpetuo lætificat, spes est futurorum. Lucerna impiorum, quæ repente extinguitur, felicitas est sæculi labentis.

d *[Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt cuncta consilio, reguntur sapientia.]* Iurgantur inter se semper heretici: iurgantur & ceteri reprobi, quia videlicet non norunt unitatem fidei & veritatis. Fideles autem qui consilio diuinorum eloquiorum frui non cessant, reguntur moderatione sapientiæ, quæ eos iurgari non sinit.

e *[Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur, multiplicabitur.]* Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem: neque ipsas diuitias quas vel acquirunt, vel cupiunt, perpetuo possident. Qui autem pro accipienda substantia præmiorum cœlestium iustis insunt laboribus, multiplicata superne beatitudinis munera percipiet: de quo aptè subditur.

f *[Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desiderium veniens.]* Quia nimirum quamdiu differtur spes eternorum, affligitur anima fidelium: vel pro dilatione videlicet bonorũ, quæ amat: vel pro illatione malorum, quæ tolerat. At vbi venerit quod desiderat, facile obliuiscitur quod sustinuerat: quia in æternum viuere incipit cum suo redemptore, quem tota intentione quarebat: ipse est enim lignum vitæ amplectentibus se.

g *[Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.]* Qui bonæ rei detrahit, se in futurum obligat: quia quod non debuit faciendo, pœnam sibi qua constringatur, præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipse se in futurum obligat: Non

vt pro tali detractone pœnas luat, sed vt post detractorem sese cautius agat: quia nimirum quæ in alijs iuste reprehendit, in se impunè non admittit, clamante Apostolo: *Qui prædicat non furandum, furaris: qui dicit, non mœchandam, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis Deum inhonoras*.

h *[Qui autem timet præceptum, in pace versabitur.]* Melius est ergo de sua quemque fragilitate metuere, ne fortè diuina prauaricetur imperia, quàm aliorum errata stulto ore lacerare, dicente rursum Apostolo: *Et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis, in fruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu reueris*.

i *[Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam.]* Vbi omnia cum consilio docet agèda, diuinum potius quod sacris eloquijs inditum est, quàm humanum intellige consilium. Fatuus est enim qui extra hoc consilium viuuit, quamuis naturaliter astutus esse videatur & prudens. De quo rectè subditur.

k *[Nuntius impij cadet in malum.]* Arium dicit & Sabellium ceterosque angelos, id est, nuntios satanæ: qui quoniam consilium neglexere diuinarum scripturarum, deciderunt in malum gehennalium tormentorum.

l *[Legatus autem fidelis, sanitas.]* Id est, catholicus qui quæ prædicat, sanitatem sibi suisque auditoribus acquirit æternam.

m *[Desiderium, si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.]* Omne desiderium siue bonum, siue malum sit: vbi ad effectum peruenerit, delectat animam. Sed stulti qui carnalibus solum desiderijs gaudent, detestantur eos qui pro amore cœlestium, infima oblectamenta cõtemnunt.

n *[Qui cum sapientibus graditur, &c.]* Cum sapientibus ire, est sapientium actus imitari. Quàmlibet ergo simplex quisque sit & rusticus, qui arcana sapientiæ comprehendere ne queat: si tamen sapientium exempla viuendo sectatur, iure inter sapientes annumerabitur. Qui verò stultos non propter naturam, quia homines sunt: sed propter stultitiam, quia mimi sunt, vel histriones, vel aliqui tales, non vt instruendo corrigat, amat: sed vt fauendo deteriores efficiat: talis nimirum & si per ingenium, vel doctrinam, sapiens esse videtur, stultorum nota peccat, vel turpitudine dignus, simul & damnatione tenebitur.

o *[Bonus relinquet heredes, filios & nepotes, & custoditur iusto substantia peccatoris.]* Sæpè videmus bonos sine filijs obire: imò maiora à domino premia polliceri his qui filiorum procreationi virginitatis castimoniam præposuerint, sed & substantiam iustorum à peccatoribus tolli. Nam & Apostolus gloriificat eos qui rapinam bonorum suorum cum gaudio susceperunt. Vnde spiritaliter intelligendum: quia bonus & iustus dominus est, qui post passionem suam ascendens in cœlum, reliquit heredes suæ doctrinæ, apostolos & successores eorum: ad cuius fidem conuersa est multitudo gentium, quæ erat substantia diaboli. Intrauit namque in domum eiusdem malè fortis aduersarij, & eum maiori virtute conterens, diripuit arma eius in quibus confidebat: & spolia eius distribuit, vt ipse in euangelio testatur. Vel certè in substantia peccatoris custodita est, quando ablatum est à Iudeis regnum Dei, & datum est genti facienti fructus eius.

p *[Multi cibi in noualibus patrum, & alijs congregantur absque iudicio.]* Absque iudicio recto facit, qui diuitijs congregandis

C
Rom. 2.c
Gal. 6.a
D
Heb. 10.g
Luc. 11.c
Matt. 12.d

A

gandis sedulus inſiſtit, & has aggregatas non ipſe pro redemptione animæ ſuæ pauperibus diſpenſat, ſed alijs poſt ſe diſpenſandas reſeruat: iuxta quod in ſuperiore verſu iuxta litteram dicitur. Et cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris, maximè cum ſibi victus abundet ex iure paternæ hæreditatis: ne

que vlla pecunias colligendi neceſſitas incumbat. Hoc eſt enim quod ait. *Mulci cibi in noualibus patrum.* Iuxta verò ſenſum ſpiritualement, multi ſunt cibi alimonie cœleſtis in dictis & exemplis venerabilium patrum. Et abſque ratione facit, qui his legendis, meditando, & exponendis inſtans: non ſuæ ſaluti per hoc, ſed aliorum potius ſeruit: dum ipſe ab his quæ legit, vel actibus reprobis, vel etiam in impietate ſenſus hæretici diſcrepat. Talis namq; in noualibus, id eſt, operibus ſuæ ſermonibus patrum, optima inſtitutione excultus, non ſibi, ſed alijs ſubſidium acquirat: illis videlicet qui tractatus eius legentes, arcana per eos ſpiritualis ſenſus, quibus interius reſiciantur, inueniunt. Vtriq; autem ſenſui conuenit aptè quod ſequitur.

a ¶ *Qui parcat virga, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtiter erudit.* Nam & pater bonus, filium: & diſcipulum, magiſter catholicus, ne ad iniquitatem deſcendat, ſollicitus erudit. Præcedentem autem verſiculum, antiqui interpretes ita tranſtulerunt. Viri iuſti diuitijs annis multis fruuntur: iniqui autem peribunt breuiter.

b ¶ *Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.* Iuſtus percipit cibos ſapientie, qui in noualibus patrum, hoc eſt, in operibus ac verbis præcedentium iuſtorum probantur exorti, & hos ad profectum animæ ſuæ benè viuendo traicit. Venter autem impiorum, id eſt, capacitas ſenſus hæreticorum inſaturabilis: quia ſicut Apoſtolus ait, *Semper diſcentes, nunquam ad veritatis ſcientiam perueniunt.* Quare autem ſaturari ſcientia non merentur: niſi quia nequaquam reſecti cibus paternæ inſtitutionis, alijs hoc congregant abſq; iudicio?

CAPVT XIV.

Sapiens mulier ædificabit domum ſuam, inſipiens extructam, &c.] Et vnaquæq; anima fidelis, & ecclieſiæ per orbem catholica, manſionem ſibi in patria cœleſti bonis actibus ædificat. At verò reprobi, ea quæ bene ſunt à bonis ordinata, male viuendo, aliquando etiam apertè repugnando diſſipant. Quare autem ſtulti ſapientium actus lacerent, ſequentibus verbis oſtenditur, cum dicitur.

d ¶ *Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via.* Abominatio eſt enim peccatoribus bonorum religio: ſtultumque videtur in credulis, cum fideles propter Dei timorem, non tantum abiciunt timorem, ſed & tormenta rident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc aptè ſubiungitur.

e ¶ *In ore ſtulti, virga ſuperbiæ: labia ſapientium cuſtodiuunt eos.* Quia ſtulti per vaniloquium, humiles quos deſpiciunt, affligunt: ſed iſdem humiles ſpiritu per doctrinam ſapientia, ne decipiantur, muniunt.

f ¶ *Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta ſortitudo bouis.* Hærent hæc ſuperioribus. Boues namque doctores catholicos: præſepe, cœterum auditorum: ſegetes dicit fructus operum bonorum. Incaſſum ergo timet ſuperbus, & indocta eloquentia verberat aures ac corda ſubiectorum: quia vbi non ſunt docti prædicatores, fruſtra ad audiendum conſluit turba plebium. Vbi

in noualibus patrum, & alijs congregantur abſque iudicio. ¶ *Qui parcat virga, odit filium ſui: qui autem diligit illum, inſtiter erudit.* Iuſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſaturabilis.

CAPVT XIV.

Sapiens mulier ædificabit domum ſuam, inſipiens extructam quoque deſtruet manibus. ¶ *Ambulans recto itinere, & timens Deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via.* ¶ *In ore ſtulti, virga ſuperbiæ: labia ſapientium cuſtodiuunt eos.* ¶ *Vbi non ſunt boues, præſepe vacuum eſt: vbi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta ſortitudo bouis.* Teſtis fidelis nō mentietur: profert mendacium dolofus teſtis. ¶ *Quærit deſiderio ſapientiam, & nō inueniet: doctrina prudentium facilis.* ¶ *Vade contra virum ſtultum, & nesciet labia prudentie.* Sapientia callidi eſt intelligere viam ſuam, & imprudentia ſtultorum errans. Stultus illudat peccatum, & inter iuſtos morabitur gratia. ¶ *Cor quod nouit amaritudinem anime ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* ¶ *Domus impiorum deſabitur: tabernacula iuſtorum germinabunt.* Eſt via quæ videtur homini iuſta: nouiſſima autem eius deducunt ad mortē. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij, luſtus occupat. Vijs ſuis replebitur gaudij, & ſuper eū erit vir bonus. ¶ *Innocens credit omni verbo: aſtutus cōſiderat greſſus ſuos.* ¶ *Sapientis timer, & declinat à malo: ſtultus tranſilit, & con-*

autem plurimæ operationes apparent virtutum, ibi apertiffimè claret: quia non hæreticus in vanum garit, ſed pro verbi fruge laborauit ille, qui & ipſum verbum caſto ore ruminare, & viâ veritatis recto diſcretionis pede noſcet incedere. Nec mirandum, cur in præſepi, auditores ſignificari dixerimus: cum bos alatur de præſepi, doctor autem verbo audientes ſoleat nutrire: ſed inuicem, quia & de labore bouis præſepe impletur, & ipſe bos ſuo fructu de præſepi reſicitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audientes verbo reſicit, & eadem reſectione apud Deū ipſe proficit: quod in opere figuratur Helie, qui Sareptanam viduum paſcit, à qua & ipſe paſcitur.

g ¶ *Quærit deſiderio ſapientiam, & non inueniet, &c.]* Caiphas qui domino dixit: *Adiuro te per Deum vnum, vt dicas nobis, ſi tu es Chriſtus,* quia malè quærebat, inuenire quod rogabat, non meruit. At diſcipuli qui ſeſe humiliter auditui veritatis ſubdiderant, accepto ſpiritus gratia, nō ſolummodo Chriſtum Dei filium cognoscere, ſed & adbita ſcripturarū intelligere meruerunt. Sed & tūc doctrina prudentium facilis erat, quando Cornelius cū domo ſua, & cæteri tales verbū humiliter audientes, mox credebant: & accepto ſpiritu ſancto, linguo loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholice prudens quiſque dum catechizatur, facile percipit: quam hæretici, quia peruerſe quærunt, nunquam proſius inueniunt.

h ¶ *Vade contra virum ſtultum, & nesciet labia prudentie, &c.]* Ideo deſiderio ſapientiam quam quærunt, non inueniunt: quia & ſi apertè contra illius ſtultitiam diſputando incedas, nescit intelligere quæ dicis: vt Arius, qui verbum conſubſtantialitatis in patre & filio, niſquam in ſcriptura inueniri poſſe contendebat, cum ei manifeſte ſcriptum obijceretur. Ego & pater vnum ſumus. Et: *Deus erat verbum, & cætera talia.* Ideo doctrina prudentium facilis eſt: quia labia prudentie ſapientia, id eſt, quia labia quæcunq; prudentie moderamine reguntur, de ſapientia ſolum loqui & audire dulce habent: cuiuſq; meditationi operam dare ſatagunt.

i ¶ *Cor quod nouit amaritudinem anime, &c.]* Amaritudinem habent omnes electi, quamdiu à gaudijs differuntur æternis, & reprobi cum deſiderijs affliguntur peruerſis. Sed electi, quia in luce ambulant, amaritudinem ſuam quanto ſit gaudio mutanda prævident. Porro reprobi propria ſponte cecati: quid in præſenti patientur, non vident: quid in futuro ſunt paſſuri, non prævident: ideoque à futuris bonorum gaudijs remanebunt extranei: quia amaritudinis eorum præſentis, non nouerunt eſſe participes. Vnde & aptè ſubditur.

k ¶ *Domus, &c.]* Domus quippe in manſione, tabernaculum verò haberi ſolet in itinere. Domus igitur impiorum deſabitur: quia habitationem vitæ præſentis, in qua ſemper manere deſiderabant, perdent in morte reprobi: & hoc quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis ſubiunt. Tabernacula autem iuſtorum germinabunt: quia præſens eorum conuerſatio, in qua incolæ ſunt apud Deum & peregrini, creſcentibus ſine ceſſatione meritis, ad fructum viſque ſuauiſſimum patriæ cœleſtis pertingit.

l ¶ *Innocens credit, &c.]* Hanc innocentiam vetuit, & hanc habere docuit altitium Ioannes cum ait: *Chariſſimi, nolite omni ſpiritu credere: ſed probate ſpiritu, ſi ex Deo ſunt.*

m ¶ *Sapientis timer, & declinat à malo: ſtultus tranſilit, & conſulit.* Sicut ſtulti eſt de ſua alacritate cōſidere, torrētem rapidum,

vel

DHIER
T. VI. 7

r. Tim. 3. b

3. Reg. 17. b

Matt. 26. f

Act. 10. a

1. Joan. 10. f

1. Joan. 4. a

vel voraginem latiore saltu velle transire, sapientis autem ad planum vel pontem diuertere: ita qui peccatum quantum valet, declinat, timens ne inuoluatur malis, sapiens est. Stultus autem ille qui contemptum peccati, blandiens sibi: quia aut posteriori tempore penitentiam agat commissorum, aut si repente moriatur, fortiter penas inferi sufferat.

a ¶ Impatiens operabitur stultitiam, &c. ¶ Reprehensibilis quidem est homo impatiens: sed multo peior & odiosior Deo est versutus: tamen apud homines melior aestimatur. Ille enim palam omnibus suam ostendit stultitiam: iste autem, cum sit corde peruersus, saepe simplicitatem simulat & iustitiam, atque humano iudicio sanctum se dici delectat, cum sit diuino examine inter reprobos aestimatus.

b ¶ Iacebunt mali ante bonos, &c. ¶ In nouissimo iudicio coronatis iustis, damnabuntur reprobi, qui eos in presenti premebant. Quod enim ait, ante, id est, ante bonos, & ante portas iustorum: non ad vicinitatem loci, sed ad visionem pertinet bonorum, quia malorum tormenta semper aspiciunt, ut maiores ceptori suo gratias sine fine referant. Vnde Elaias de illis: Egre dientur & videbunt, inquit, cadauera virorum, qui preuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erit visus, ad satietatem visionis omni carni. Quod autem ait, egredietur, non pedum processum, sed oculorum significat intuitum: quem intus in regno positi, ad videntia prouolunt supplicia, foras cum volunt, emittunt.

c ¶ Corona sapientium, diuitiarum eorum: fatuitas stultorum, imprudentia. ¶ Sapientes non terreni aliquid emolumenti pro diuitijs habent: sed coronam solummodo, quam pro virtutibus in futuro percipient. At stultorum fatuitas maxima hæc est: quia improuidi æternorum, de presentibus tantum commodis gaudent. Imprudentia enim quasi improuidentia dicitur.

d ¶ Liberat animas testis fidelis, &c. ¶ Liberat animas Christus, qui est testis fidelis, ut in Apocalypsi legimus, & sicut Apocalypsi ait. Testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Et profert mendacia diabolus: Qui recte appellatur versipellis: quia mala quæ faciendæ suggerit, bona esse pronuntiat, & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormenta preparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui testimonia scripturarum fideliter, id est, recte prædicat: & profert mendacia hereticus. Vel sicut alia editio manifestè transtulit. Incendit autem mendacio dolosus, subauditur, animas eorum, quos suo errore deceptio.

e ¶ In timore domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. ¶ Timor domini fiducia fortitudinis præstat: quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori earum veracius per formidinem subdit. Filij autem timoris domini dicuntur, qui diuino timore reguntur: sicut filij virtutis, & filij resurrectionis qui virtutibus student: vel qui ad gaudia resurrectionis pertinent, quibus erit spes: iuxta illud psalmista. Qui timent dominum, sperent in domino. De qua spe consequenter adiungit.

f ¶ Timor domini, fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. ¶ Hæc est ergo spes eorum qui timent dominum, ut declinantes à ruina mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit: Ego sum vita, veritas & vita. Dicitur est autem supra. Lex sapientis, fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. Et nunc dicitur. Timor domini, fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. Ex quo patet, quia nulla prior est lex sapientis, quam mortem vitare, & vitam acquirere debeat æternam, quam habere timorem domini. Vnde & alibi dictum est. Initium sapientie, timor domini.

g ¶ In multitudine populi, dignitas regis, & in paucitate plebis, ignominia principis. ¶ Vbi multitudo seruientium Deo, ibi specialiter Christi gloria: vbi soli catechumeni competentes, vel recens nati infantes sub regno adhuc tenentur diaboli, & ipsi tempore congruo festinantes in Christo renasci, ignominia ibi manifesta principis mundi. Vel certè in conuentibus hæreticorum, quæ semper sunt pauciora ecclesijs catholicorum: ignominia patet eorum qui hæc ad ecclesiastica vnitate segregantur.

h ¶ Vita carniū, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. ¶ Per carnem, infirma quædam ac tenera: per ossa, fortia acta signantur. Bene ergo dicitur. Vita carniū, sanitas cordis. Quod si mentis innocentia custoditur, & si qua foris infirma sunt, quandoque roborantur. Et rectè subditur. Putredo ossium, inuidia: quia per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt, & quæ humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quædam etiam robusta deperire.

i ¶ Acceptus est regi minister intelligens. ¶ Ille videlicet cui dicitur. Quia super pauca suscipi fidelis, supra multitudine constituam: intra in gaudium domini tui.

k ¶ Iracundiam eius inutilis sustinebit. ¶ Ille vtiq; de quo idem ait. Et inutilem seruum eiecit in renebras exteriores.

CAPVT XV.

Responso mollis, frangit iram: sermo durus suscitatur furor. Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplan tur bonos & malos. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum. Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. In abundantia iustitia, virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradican tur.

CAPVT XV.

Responso mollis frangit iram: sermo durus suscitatur furor. ¶ Qui verba increpantis humiliter recipit, iam propinquat veniæ reatus quem gessit. At qui superbus arguenti resulat, maiorem contra se iram districti iudicis prouocat.

m ¶ Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam. ¶ Lingua catholicorum patrum, ornat scientiam diuinorum eloquiorum: latius exponendo, quæ scriptura canonica, aut obscura posuit, aut historica tantum narratione scripta reliquit: & os hæreticorum ebullit stultitiam, dicta sacre scripturæ peruersè intelligendo: suosq; sensus eius auctoritati præponendo. Potest & de paganorum philosophis intelligi quod ait: Os fatuorum ebullit stultitiam: quales fuere Porphyrius & Iulianus, qui contra ecclesiæ doctores stultitiæ suæ fluentia fundebant.

n ¶ Lingua placabilis, lignum vitæ, &c. ¶ Lingua catholici doctoris ad fructum vitæ ducit sempiternum: quæ autem immoderata est, modum ecclesiasticæ normæ ignorat, & suum spiritum, & eorum qui se audiunt, malè loquendo conteret.

a ¶ Domus

G

Ioan. 1.4.2
Supr. 13.

Psalm. 11. b

H

Matt. 25. l

Ibid. c.

446. c

F

446. c
446. d

446. c

A

a ¶ Domus iusti plurima fortitudo : & in fructibus impij, conturbatio. Domus Christi, id est, ecclesia plurimam habet fortitudinem: ita vt pluuia, ventis, fluminibusque tentationum frequentium, nequaquam possit dirui: & in operibus diaboli conturbatio feruet assidua, quae eandem Christi domum, vel per falsos fratres, vel per apertos aduersarios deiecit tentat.

b ¶ Labia sapientium disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit. Labia catholicorum disseminabunt praedicando scientiam rectae fidei: cor haereticorum dissimile erit: quia perfidiam pro scientia concipit vt doceat. Potest & ita intelligi: quia cor stultorum etiā sibi met ipsi dissimile erit: dum mutabilitate diuersarum cogitationum varium se exhibet: & nunquam idem quod fuerat, manet: cui contra de Anna cum domino intenta mente supplicaret, dicitur: *Vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati.*

c ¶ Victimae impiorum abominabiles domino: vota iustorum placabilia. Orationes, opera, & sacrificia haereticorum abominatur dominus: & vota eorum accepta habet, qui fidem catholicam iustis operibus affirmant.

d ¶ Doctrina mala deserentium vitam: qui increpationes odit, morietur. Mala est ergo doctrina eorum qui viam deserunt veritatis: de quibus dominus ait: *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Sed talibus adhuc, si correpti penituerint, patet reditus ad veniam. Sin autem nec correptionibus ecclesiasticis annuerint, iam certus eis restat interitus.

e ¶ Omnes dies pauperis, mali: securam mens quasi iuge conuiuium. Omne tempus populi dei quam diu in praesenti pauper est, afflictionibus abundat & aerumnis: quia necdum ad diuitias superne bonitatis & perpetuae mansionis peruenit. Vnde monet apostolus dicens: *Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt.* At verò reprobis, qui metu carentes diuino, securi mundo vtuntur: quasi iugibus stulti reficiuntur epulis. Vnde subiungit.

f ¶ Melius est parum cum timore domini, &c. Quale est in psalmo: *Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.* Melius ergo est, vt seruato timore Dei, egeas opibus, vel etiam victu quotidiano: quam vt desiderio plura acquirendi, Dei timorem deseras.

g ¶ Melius est vocari ad holera cum charitate, &c. Omnis qui operum bonorum exempla proximis quae imitentur ostendit: quasi ad epulas quibus reficiantur, conuiuius vocat. Melius est autem vocari ad holera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio: quia nimirum multo est vtilius simplicis vitae innocentiam cum charitate seruare, quam maioribus virtutum miraculis fortis fulgere, & interiora mentis ab odiorum sorde non expurgare. Vnde quibusdam in fine dicentibus: *Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine demonia eiecimus: & in tuo nomine virtutes multas fecimus: dicit ipse dominus: Quia nunquam noui vos: discedite à me operarij iniquitatis.*

h ¶ Iter pigrorum quasi sepes spinarum. Pigros dicit eos quos piget operari iustitiam: qui cum viam domini appetunt, eos

velut spinae obsistentium sepium, sic formidinum suarum oppositae suspiciones pungunt. Quod quia electos praepedire non solet, adiunxit:

i ¶ Via iustorum absque offensiculo. Iusti quippe in conuersatione sua, quod diliber eis aduersitatis obuiauerit, non impingunt: quia temporalis aduersitatis obstacula, aeternae spei, & internae contemplationis saltu transiliunt.

k ¶ Letatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. Humanum quidem est de sua sententia quasi prudenter prolata quemque letari: sed verus sapiens, non solum res quas loquitur: verum etiam opportunitatem loci vel temporis, vel personae cui loquatur, diligenter inquirat.

l ¶ Semita vitae super eruditum, &c. Eruditum dicit, non solum scientia, sed & operatione perfectum: Huic etenim iure semita vitae desuper aperta est: huic caelivana patet. Infernus autem nouissimus de quo liberatur, vltima est poena damnationis. Nam primus infernus, est caecitas animae peccantis, & verae lucis scientia carentis: de quo dicitur in psalms. *Et descendant in infernum viuentes: id est, scientes labantur in peccatum.*

m ¶ Domum superbiorum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduae. Conuenticula haereticorum caeterorumque ecclesiae persecutorum demolietur dominus: & firmos facit in orbem vniuersum terminos eiusdem ecclesiae: sponsae videlicet suae, pro cuius vita mori dignatus est.

n ¶ Abominatio domini, cogitationes mala: & purus sermo pulcherrimus firmabitur, &c. Abominatur dominus cogitationes haereticorum, imò omnes pietati contrarias: & purus sermo recte fidei firmabitur ab eo, quando in iudicio non solum factus, sed

& verbis omnibus digna praemia reddet. Abominatus est cogitationes malas eorum qui dicebant: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Et purum sermonem eius qui dixit: *Tu es Christus filius Dei viui: pulcherrimum esse firmavit, cum respondit: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est.*

o ¶ Lux oculorum letificat animam, &c. Iure mentem delectat humanam, cum se lucem caelestium arcanorum, domino reuelante, percipisse cognoscit: quod alia editio manifestius dicit: *Videns bona oculis oblectat cor: bona vtiq; domini in terra viuuntur.* Quae qui mentis oculo contemplatur, meritò in corde oblectatur: tamen si extrinsecus tristis incedere, inimico affligente videtur. Fama quoque illa felicissima, quae nostros non solum actus & sermones, sed & cogitatus angelis deserentibus in caelo patere cognouimus, pinguedinem dilectionis & fidei, nostris virtutibus ne deficiendo arefiant, exhibet. Quanto enim certius tenemus occulta nostri cordis, simul & aperta operis diuini patere conspectibus: tanto magis fortitudine nostrae bonae actionis, oleo charitatis eius ne lassescat, impinguare satagimus.

p ¶ Auris quae audit increpationes vitae, in medio sapientium commorabitur. Qui abiicit disciplinam, despuit animam suam, &c. Discipulus, qui increpationibus docentium obediēter annuit,

plerumq;

1. Reg. 1.6

Mat. 5.6

Eph. 5.4

Psalm. 36.1

Mat. 7.6

C

Psalm. 14.6

D

Luc. 7.3

Mat. 16.6

plerumq; proficiendo ad cathedram vsque doctoris ascen- dit. Deniq; Paulus, qui increpationi sui conditoris sese hu- milititer subtrahit, ad sedem postmodum apostolica digni- tatis sublimiter peruenit.

CAPVT XVI.

Hominis est animum prepara- re: & domini, gubernare lin- guam. Certum est quia neque animum preparare, neque gubernare linguam, neq; aliquid facere boni absq; diuina gratia ualemus: Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Quomodo ergo hominis est animum prepara- re, & dei gubernare linguam? Nisi quia hæc propriè tempus persecutionis significat. De quo dominus ait: Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini.

b Omnes uia hominum patent oculis eius, &c.] Ista uia, id est, actiones omnium, & bonorum uidelicet & malorum, dominus uidet: ut etiam spiritus singulorum, quid in occulto cogitent, certa lance discernat. Vnde rectè subiungitur:

c Reuela domino opera tua, &c.] Domino quippe opera nostra reuelamus, quando eum quem nihil latere nouimus, in cunctis quæ agimus, in memoriam reducimus, atque illius in omnibus flagitamus auxilium: & cū hoc deuotè agimus, fit ut non o- pera eadem tantummodo, sed etiam internæ nostræ cogitationes, illo dirigente, procedant.

d Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus, &c.] Nulla fuit domino causa creaturam visibilem vel inuisibilem faciendi, nisi uoluntas sua: ut suam uidelicet bonitatem rationabili creaturæ, quam perpetuò beatam faceret, ostenderet: eum quoque qui bonum conditionis propria sponte deseruit, id est, diabolus cum suis sequacibus, iusta seueritate damnauit.

e Abominatio est domini omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens, &c.] Quicumq; sibi tribuit bonum quod facit, etiam si nihil mali uidetur manibus operari, iam cordis innocentiam perdidit: in quo se largitori donorum prætulit. Et ideo talem conditoris abominatur ut reum, quem suis esse beneficijs contemplatur ingratum.

f Cum placuerit domino uia hominis: inimicos quoq; eius conuerter ad pacem.] Tanta est sanctitas diuinæ religionis, ut eam plerumque, etiam qui foris sunt, uenerationi habeant: & quos perfectè Deo seruire perspexerint, cum his pacem habere, quamuis religione discrepantes, incipiant. Deniq; quia placuerunt domino uia Danielis & trium puerorum: inimicos quoque eorum qui eos in ignem vel bestijs miserunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt domino uia sanctorum prædicatorum, multos eorum persecutores non ad pacem tantummodo, sed ad eandem etiam fidei & religionis unitatem conuertit.

g Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Cor hominis, &c.] Et beati, inquit dominus, pauperes: quia uestrum est regnum caelorum. Et iterum: Va uobis diuitibus: quia habetis consolationem uestram. Potest & sic accipi: Quia melius fit in simplici conuersatione Deo deuotè seruire, quam multis abundare uirtutibus, uerbi gratia, elemosinis, orationibus, ieiunijs, doctrina, castitate, proximorum facta despiciere, & de sua quasi singulari sublimitate gloriari.

h Diuinitio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius.] Illum significat regem, de quo dictum est: Deus iudicium tuum regis da. Quis est enim regum temporalium, qui nunquam erret in iudicio? In cuius labijs est diuinitio: quia non suorum solummodo sermones & facta dirigit, sed & gentilium uates,

qui uulgo diuini appellantur: quid sciscitantibus respondeant, illo intus indicante disponitur: testè Michea propheta, qui ad deceptionem Achab regis impijssimi testatur missum à superni iudicis folio spiritum, qui prophetarum eius ora implet, atque ad suadendum ea quibus rex nefandus periret, armaret. Neque enim in hoc iudicio errauit os regis æterni: sed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit, ipse hoc prophetas erraticos eloqui permisit. Sed & Ezechiel peccati ac perituro Ammonitaru populo dicit: cum tibi uiderentur uana, & diuinarerunt mendacia. Non est demonu diuinitio, sed Dei iudicium, qui perfectæ malitiæ elidit finem. Hunc uersiculum alia translatio sic habet apertius de domino: Nihil falsum exiit de ore eius: quia nimiru ipse nec ullo mentiente falli, nec potest aliquando mentiri.

i Pondus & statera iudicia domini sunt: & opera eius, omnes lapides sæculi.] Lapides sæculi, iustos & fide fortes appellat: quales esse desiderabat Apostolus Petrus eos, quibus admonens dicit: Et uos tanquam lapides uiui superædificamini in domos spirituales. Nullus igitur ab initio sæculi sua uirtute electus, & cælesti æ-

dificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere & mensura & numero constituens, uisibilibus sicut uoluit mensuram fidei & gratiarum distribuit.

k Voluntas regum, labia iusta.] Reges dicit sanctos, qui uitijs principaliter imperare, & uirtutibus animæ quasi obsequentium comitum cuneis stipari consueuerunt: de quibus dominus: Multi, inquit, propheta & reges cupierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt. Alioquin reges terreni multum sepe labia iusta detestantur, ut Herodes Ioannis: propter quod eum & capite puniuit.

l Qui recta loquitur, dirigitur.] Ut uidelicet rectis operum gressibus ad uitam pertingat æternam. At contra: Vir linguosus non dirigitur super terram. Nec repugnat huic sententiæ, quod de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigitur. Non enim hominem illum dirigendum scriptura dixit, quem peruersum ac pessimum futurum esse præuidit: sed dolus, inquit, in manu eius dirigitur: quia scilicet fraudes & scelera quæ disposuit, ad effectum quem proposuit, nullo retardate perduxit: quibus tamen peractis ipse in æternum, ut meruerat, periit.

m Indignatio regis, nuntij mortis.] Nuntij mortis, sunt angeli satanæ, id est, hæretici, & uani philosophi: imò omnes qui ea uerba nuntiant proximis, unde à morte rapiantur æterna: qui quò amplius auctori mortis seruiunt, eò grauius uitæ largitorum offendunt: nec tamen talibus iter pœnitentiæ præcluditur. Nam subditur:

n Et uir sapiens placabit eum.] Potest enim respiscendo dominum placare, quem contigit stultè loquendo offendisse.

o In hilaritate uultus, &c.] Quicumq; hilarem Christi uultum uidere merentur, his in æternum cum illo uiuere dabitur. Alioquin in die iudicij, sicut scriptum est, Videbit omnis caro salutare Dei. Sed hunc reprobis tunc iratū, iusti uidebunt placidum.

p Clementia eius quasi imber serotinus, &c.] Serotinus im-

ber

ber

ber

ber

ber

ber

ber

ber

Psal. 71. 6

Reg. 21. 6

Ezech. 12.

H

1. Pet. 2. 8

Luc. 10. d

Mar. 6. c

Luc. 3. 6

ber

Luc. 11. 6

Mat. 10. 6

F

Luc. 6. a

A

Dent. 11. b

ber in Iudaea iam maturis messibus vsque hodie venire consuevit: vbi dominus & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetam: *Dabo vobis pluuiam matutinam & serotinam terra.* Pluuia ergo matutina est, siue temporanea, vt a libi nominatur, quando prima credendi in Christum semina suscipimus. Pluuia vero serotina, quando maturis virtutum frugibus ablati de hac vita, in dominico horreo recondimur. Et recte clementia regis, imbrui serotino copatur: quia quod fructum vite bene agentes percipimus, non hoc nostrilibertas arbitrij, sed superni facit irrigatio doni.

a ¶ *Contritionem precedit superbia, &c.* Contritionem enim future condemnationis precedit superbia vite presentis: & vnde hic omnis reprobos eleuatur, inde illic iuste deicitur.

b ¶ *Eruditus in verbo, reperiet bona, &c.* Non solum qui ad predicandum Dei verbum eruditus est, bona apud illum reperiet, sed & ille qui in domino spem ponere didicit: etiam si ad predicandum alijs idoneus non est, eiusdem beatitudinis participes existit.

c ¶ *Qui sapiens corde est, &c.* Qui sapientiam catholice fidei quam didicit, illibatam suo in corde custodit, meritò prudentis nomen accipit. At qui eandem sapientiam etiam doctè predicare, & contra hereticos defendere nouit, maiora laboris amplioris premia percipiet.

d ¶ *Fons vite eruditio possidentis, &c.* Cum diceret, possidentis: non addidit, quid possidentis. Quid autem puramus eum voluisse intelligere, nisi fortè ipsam eruditione, vt sit plena sententia: fons vite eruditio possidentis ipsam eruditionem suam: quod est aperte dicere: Quia ille predicator verè suis auditoribus vite vias aperit, qui exercet ipse quæ predicat, qui amorem verbi quo alios erudit, fixum in corde possidet: ne tantummodo memoria retentum quasi collectum gremio fœmen iactat in terrâ. Idcirco namque doctrina stultorum fatuitas est: quia & si qua bona dicere vsu eruditionis didicerunt, eadem tamen quæ dicunt bona ipsi factò corde contemnunt.

e ¶ *Fauus mellis verba composita: dulcedo anime sanitas ossium, &c.* Multi per eloquentiam possunt amantibus & fauentibus suauiter pronuntiare bona, quæ ipsi non amant: ita autem solum verba ad sanitatem ossium tuorum, hoc est, ad virtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt, quæ ex interna anime tue dulcedine procedunt.

f ¶ *Anima laborantis laborat sibi: quia compulsi os suum.* Constat iuxta literam, quia expulsus de paradiso homo, quotidianè laborem ne deficiat exercet. Compulsi enim os suum, quando cum serpente loquutus est: quando vitetum tetigit, vt exilium longum cum sudore sufferat, & in sudore vultus sui pane vescatur. Sed & doctorem os suum vt labore compellit: quia necesse habet agere bona quæ dicit.

Gen. 3. d

Hier. 9. b

g ¶ *Vir impius fodit malum: & in labijs eius ignis ardescit, &c.* Et propheta ait: Vt iniquè agerent laborauerunt. Potest & de heretico specialiter intelligi: qui pulcherrimos ac florentissimos diuinorum eloquiorum campos, noxi lingue sue vomere rumpit, vt de internis eorum sinibus, sensus impios qui ibi non infunt, eruat. In cuius labijs ignis ardescit:

quò de suisq; auditores in perpetuum perdat. Vnde & Iacobus: *Lingua, inquit, construitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat rotam nauitatis nostre inflamata à gehenna.*

C

Iac. 3. b

h ¶ *Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Potest & de heretico, & de omni fautore malorū accipi: Quoniam *laudatus peccator in desiderijs anime sue: & qui iniqua gerit, benedicitur.*

Psal. 9. d

i ¶ *Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficiet malum, &c.* Grauius est perficere malum, quam facere. Non solum autem ille perficit malum, qui per mebra sui corporis peruersum quid operatur & noxiū: verum etiam ille qui fixa intentione malum patrare disponit. Solent enim superbi indignates labia mordere: solent attonitos habere oculos: & presentia non videre, dum aliquandiu taciti sedula mente pertractant. Vnde datur conijci, quòd attonitis oculis praua cogitare dicat eum, qui sic mala quæ facit, inquit, vt quæ se in futurum retributio malorum operū sequatur, non videat.

k ¶ *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū.* Minor est victoria vrbes expugnare, quia extra sunt quæ vincuntur: maius autem est quod per patientiam vincitur, quia ipse à se animus superatur: & semetipsum sibi met ipsi subiicit, quando eum patientia in humilitate tolerantie sternit.

D

l ¶ *Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur.* Sicut sortes palam in sinum mittuntur, at clausæ in sinu continentur: diuini autem est iudicij, cuius fors elata palmam tenet: sic hominum facta in presentia quidem vita latent, sed cuius sint meriti patefcent in futuro, prolato videlicet tunc a manifesto iudicio singulorum, quasi de sinu examinis diuini.

CAPVT XVII.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hereditatem diuidet. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat dominus. Malus obedit lingue iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus. Corona senū filij filiorum, & gloria filiorum

CAPVT XVII.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio. Melius est parua bona cum charitate facere sine scientia predicandi, hoc est enim siccam esse buccellam: quam magnis effulgere virtutibus cum admixtione discordiæ.

n ¶ *Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, &c.* Seruit quilibet peccator delictis suis subditus olim, qui post conuersionem vite sue sapiens effectus, atque flagrantissimo amore dilectione Dei feruens, filijs stultis, hoc est, quibusdam fidelibus à charitate Dei, per acceptam fidem tepescens actu vel predicacione sua, eis prælatas dominatur: atque inter fratres, perfectos scilicet sanctos, superne patriæ hereditatem diuidet.

o ¶ *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat dominus.* Argentum quippe vel aurum, si reprobum est, igne consumitur: si verò probatum, igne declaratur: si enim mirum est sensus vniuscuiusque operantis: nam qualis sit, in eo quod laudatur vel vituperatur, ostenditur.

p ¶ *Corona senum: filij filiorum, & gloria filiorum patrum eorum, &c.* Senes dicit patriarchas & prophetas, qui à filijs filiorum, hoc est, à successoribus apostolorum, digna laude celebrantur: & gloria est predicatorum noui testamenti, quòd filij veterum patrum esse meruerunt.

a ¶ Gem-

E
Mat. 13. 5

Rom. 8. 5

Phil. 7. 5

1. Thim. 3. 6

F

1. Thim. 3. 6

a ¶ Gemma gratissima expectatio prestolantis, &c.] Qui præmia futura fideliter expectat, quali gemmæ splendidissimæ possessione lætatur. Nam & in euangelio negotiator sapiens pro acquisitione pretiosæ margaritæ, id est, desiderio celestis, omnia quæ habuit vendidit: talisque exactor siue aduersa seu

b ¶ Semper iurgia querit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.] Angelus crudelis, immundus est spiritus, qui à domino contra peccantes mittitur, vt eos vel in præsentem affligat, vt Aegyptios, quibus immisit iram indignationis suæ: indignationem & iram & tribulationem, immisionem per angelos malos: vel etiam post mortem ad interitum rapiat æternum. At contra immittit angelum dominus in circuitu iumentum eum, & eripiet eos.

c ¶ Expedi magis vrsæ occurrere rapinæ, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua, &c.] Facilius erat doctoribus sanctis, furori gentilitatis occurrere, raptis à se populis aliquibus, atque à belialicis seuitia ad fidei pietatem prædicando conuersis, quam heretico cuiilibet confidenti in sui perfidia dogmatis: quia nimirum illud contra externos, hoc contra sua viscera certamen agebant. Potest vrsæ nomine ipsius hostis antiqui malitia intelligi: cuius foetis rapimus, cum eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum Dei societati adiungimus: & hoc plerumque multo leuiore labore perficitur, quam sit hereticum ad fidem rectam reuocare, vel catholicum prauè agentem, ad bonæ operationis statum reducere conari.

d ¶ Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum.] Aquam dimittere est linguam in fluxum eloquij relaxare, quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde ediuerso scriptum est: Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

e ¶ Quid prodest, &c.] Quid prodest populo Iudæorum infideli habere diuitias scripturarum, cum in his Christum intelligere non possit? Quid heretico eiusdem abundare diuitijs, cum vnitatem fidei in eis discere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere veræ fidei, cum sapientiam piæ actionis habere neglexerit?

f ¶ Omni tempore diligit qui amicus est, &c.] Qui dominum verè amat, omni tempore eius custodit amorem: neque in angustia passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confectus est.

g ¶ Homo stultus plaudet manibus, &c.] Stultus est, qui cum animam fratris suscipit regendam, de suis gloriatur actibus,

& non potius ei humili compassione quicquid potest auxilij salutaris impendit.

h ¶ Animus gaudens, &c.] Qui interna spiritus sancti consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorum præstolatur cœlestium. Qui verò tristitia facili, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinæ charitatis in robore virtutum quas exercere videtur, habere nullatenus valet: sed quasi exiccatis ossibus marcescit: quia in bonis actibus quæ facit, gratiam dilectionis amittit.

i ¶ In facie prudentis lucet sapientia, &c.] In facie quidem domini Saluatoris lucebat sapientia diuinitatis: quam in carne apparens, virtutum & doctrinæ testimonij demonstrabat. Verum oculi Iudæorum non credentium, terrenis potius desiderijs perficiendis quam salutaribus eius monitis intendebant. Sed & generaliter sæpe prudentes grauitatem sui sensus in ipso etiam frontispicio præmōstrant: nec tamen stulti ad hanc admirandam scētandamque oculos mentis attollunt: sed e contra qualiter ad finem voluptatum carnalium pertingant, tota intentione perquirunt.

k ¶ Non est bonum damnum inferre iusto, &c.] Et de ipso principe ac iudice sæculorum, qui pro nostra salute percuti voluit, accipi potest: & de omnibus generaliter ecclesiæ rectoribus, qui vel facultatibus nudati ab impijs, vel ipsa æterna sunt morte consumpti.

CAPVT XVIII.

Impius cum in profundum venerit peccatorum, &c.] Qui longis peccatorum tenebris inuolutus semel de luce desperat, iam ex desperatione contemnit, id est, passim sibi peccandi frenare laxat: sed talis opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit, quem ab vtu suæ iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit.

m ¶ Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientie.] Verba sapientium aquæ comparantur: quia & lauant mentes audientium, & irrigant, ne vel peccatorum forde deformes remaneant, vel doctrinæ cœlestis inopia tabescant, & quasi nocua ariditate deficiant. Et quia eadem doctorum verba fidelium, quædam mystica latent & occulta, quæ solertiore comprehendantur industria: quædam verò aperta & cunctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt: recte hæc & aquam profundam, & torrentem dicit esse redundantem. Potest autem & ita distingui, vt quia veteris testamenti scriptura typicè prolata est, dicatur de ea: Aqua profunda, verba ex ore viri. Quia dominus & apostoli palam vtriusque testamenti sacramenta mundò referabant, adiungatur de illis: Et torrens redundans fons sapientie.

n ¶ Verba bilinguis quasi simplicia, &c.] Bilingues sunt cuncti hæretici, qui praua perfrustatione locutionis suæ, mentes simp-

G

H

G

plicium

A

placium velut pestifero veneno ita corrumpunt, vt ad san-
tatem difficile venire possint.

a ¶ Qui mollis & dissolutus est in opere suo, &c. Quia qui cepta
bona districtè non exequitur, dissolutione negligentia ma-
num destruentis imitatur, id est diaboli.

b ¶ Substantia diuitis vrbs roboris
eius, &c. Non terrena substan-
tia semper defendere potest: i-
mo plerique propter diuitias
sunt capti vel occisi. Vnde &
Ecclesiastes ait: Diuitia conserva-
ta in malum domini sui: pereunt e-
nim in afflictione pessima. Melius
ergo intelligitur substantia lau-
dare virtutum, quibus quicun-
que abundat, quasi muro inex-
pugnabili, cunctas hostium ar-
cet insidias.

c ¶ Antequam conteratur, exalta-
tur cor hominis, &c. Id est, ante
contritionem futuræ ruinæ vel
damnationis, præcedit elatio
cordis atque praua actio.

d ¶ Qui prius respondet quàm au-
diat, stultum se demonstrat & con-
fusione dignum. Qui prius do-
ctor esse desiderat quàm discat,
stultitia noxam non declinat.
Qui iudicare proximorum fac-
ta, prius quàm plene causam
triuq; partis cognoscit, inordi-
natè festinat, se confusione di-
gnum demonstrat.

e ¶ Spiritus viri sustentat imbecil-
litatem suam. Et ipse vir ait. Spi-
ritus quidem promptus est: caro
autè infirma. Potest & de quoli-
bet viro sancto accipi, qui car-
nis imbecillitatem, ne in tenta-
tionibus cedat, mentis fortitu-
dine sustentat.

f ¶ Spiritum verò ad irascendum
facilem, quis poterit sustinere, &c.
Quia qui ad irascendum facilis
est, nec se ipsum potest sustinere:
ita vt iratus sæpe dicat ea quæ
postmodum placidus quia di-
xerit, pœniteat: & plerumq; an-
dixerit, ignoret. Cuius tamen
vesania nonnunquam per sa-
pientium modestiam facillimè
suffertur, atque ex tempore so-
puitur.

g ¶ Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei
facit. Donum charitatis siue aliarum virtutum, quas à domi-
no fideles accipiunt, dilatat viam actionis eorum: quia quo
magis gratia spiritus intus replètur, eo latius foris bonorum
operum gressus multiplicat: atq; inter magnos ecclesiæ re-
ctores, in futuro culmen fortiuntur honoris. Aliter: Donum
spirituale Saluatoris quod mundo attulit, dilatauit viam eius:
quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suæ
præsentiam veniret: nec solum populos, sed ipsos etiam re-
rum dominos, concupiscentijs renuntiare, ac sibi libenter
obtemperare faceret.

h ¶ Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit
eum. Omnis qui verè iustus est, vbi peccantium errata con-
spicit, primo ad seipsum oculum considerationis inflectit:
dumq; suam fragilitatem sollicitus accusauerit, sic demum ad
corripandos alios linguam benignus exerit. Sed ille qui suis
fidelibus dicere dignatus est: Vos autem dixi amicos quia que-
cumque audiuisti à patre meo, nota feci vobis: venit in coreius per præ-
sentiam diuinæ contemplationis, & quem mundum à sordè
iniquitatis agnoscit, eius humilitatem digna mercede remun-
nerat.

Eccles. c

Marc. 14. 1

B

Ioan. 15. d

i ¶ Contradictiones comprimit fors, &c. Fors est occulta & incò-
prehensibilis prædestinatio ex diuina regula procedens: quæ
inter potètes, hoc est, electos, dum singulis propria assignat,
dijudicat.

k ¶ Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, &c. Cum
populus vterque, Iudæorum
scilicet gentium, faterna sibi in
Christo charitate consentit, vnâ
iam catholica ecclesiæ ciuitatè
construit: & sicut veteres vrbium
portas muniant, ita dogmata
vriusque testamenti, ecclesiæ
per orbem, quæ vnâ catholi-
cam faciunt, ab infidelium in-
curfione defendunt.

l ¶ Cum obsecrationibus loquetur
pauper, & diues affabitur rigide. Humiles spiritu, humiliter do-
minum adorant, vt euangeli-
cum ille publicanus: superbi
sua merita iactant, vt phari-
sæus.

m ¶ Vir amabilis ad societatem,
&c. Credens ex gentibus po-
pulus magis amatus est à domi-
no, quàm Iudæicus sine fide per-
durans: in quo se eundem carnè
natus est. Potest & de apostolis
ex Iudæa natis intelligi: quia
magis eos amarent credentes
ex gentibus, quàm ex sua gente
increduli.

CAPVT XIX.

Melior est pauper qui ambulat
in simplicitate, &c. Mel-
lior est simplex auditor verbi
Dei, si ea quæ intelligere in scri-
pturis potuit, operando perfici-
cit: quàm eruditus quisque, si in
illis quæ acurè intellexit, ad hæ-
resim prædicandam labia retor-
quet.

n ¶ Vbi non est scientia animæ, &c.
Animæ quidem humanæ, scientia
vitæ cœlestis est necessaria:
quia nimirum sine hac beatam
perpetuum esse nò potest: attam-
en qui effrenatis sensibus mè-
tis, plus appetit sapere quàm
debet, plerumque offensionem
hæreticæ stultitiæ temerarius in-
currit. Quod in primis humani
generis parentibus mysticè fi-

gnatum est: qui dum appetitu scientiæ maioris, vitium con-
tingere properabant: à statu beatitudinis in qua conditi sunt
deuiantes, in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderunt.

o ¶ Stultitia hominis, &c. Stultorum moris est, vt cum pec-
cando viam veritatis deserunt, non se errasse fatèantur: sed ad
culpam conditoris, sui reatus originem referant: quasi ipse oc-
casionem peccandi tribuerit, qui vel fragilem fecerit homi-
nem, vel ad tentationem eius hostem verituti ad miserit. Vn-
de & primus nostri generis parens, post præuaricationis ex-
cessum increpatus à domino, ad defensionem mox excusan-
do refugit, dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de
ligno, & comedi. Et ipsa mulier: Serpens, inquit, decepit me. Ambo
namque in creatorem quod peccauerant, retorquebant. Ille
quod mulierem per quam periret, à domino sociam accepit:
illa quod dominus serpentem qui se deciperet, in paradiso
constituisset: quo còtra sapiens dominum precatur, vt nò
declinet cor suum in verbum malum ad excusandas excusatio-
nes in peccatis. Sed & ille suos supplantans gressus còtra Deum
feruet animo, qui diuina imperia per suam inertiam còtem-
nens, in superiptum dominum, quasi importabilia homini-
bus onera imposuerit, mente reprehendit insana.

p ¶ Diuitia, & car. Diuitia: regni cœlestis, quæ per sanctos
doctores

C

Luc. 18. b

D

Gen. 3. c

Psal. 14. d

E doctores fidelibus tribuendo prædicatur, multos amicos & eisdem prædicatoribus, & earum largitori domino asciscit. A philophilis autem carerique gentium magistris: quia nil certa beatitudinis in futurum norunt promittere, & hi quos habuere separantur, videlicet conuersi ad fidem spemque dominicæ promissionis certissimam.

a ¶ Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, &c.] Et Apostolus ait. Non auditores legis iustificabuntur apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.

b ¶ Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, peribit.] Redarguerat eum qui verbatantum scientiæ absque operationis efficacia sectatur: redarguit nunc illum qui ipsa verba diuinæ auctoritatis malè interpretando corrumpit. Quod autem multa sæpius iteratur, similitudinis indicium est, vt Ioseph fominium regis interpretans ait: Eo quod sit sermo Dei, & veraciter implatur.

c ¶ Non decet stultum delitia: nec seruum dominari principibus.] Non decet hæreticum delitiarum scripturarum, quia his benè vti nõ nouit: neque illum qui seruus adhuc peccati esse probatur, præferri iustis in regimine ecclesiæ.

d ¶ Doctrina viri per patientiam noscitur.] Doctrina ecclesiastica per patientiam doctorum quam sit perfecta monstratur: quia dū magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quam ad docendi officio cessare voluerit: ostendebat vtique, quantum esset salutaris, quam tanta instantia defendere curantur. Aliter: Doctrina viri per patientiam noscitur: quia tanto quisque minus ostenditur doctus, quanto conuincitur minus patientis. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Rectè autem subditur.

e ¶ Et gloria eius est iniqua prætergradi.] Quia nimirum perfecti doctoris est, sic aliorum improbitatem patienter sufferre, vt suam quoque fragilitatem nouerit ab iniqua actione solerter obleruare. Neg; enim aut munditia propriæ conuersationis, sine tolerantia sufficit externe perturbationis: aut si is qui fortiter aduersa fors sustinet, intus adhuc eneruiter iniquis motibus feruet.

f ¶ Sicut fremitus leonis, ita & regis ira, &c.] De Christo rege dicit, qui in iudicio, & hilaris ac blandus iustis, & terribilis apparebit iniustis.

g ¶ Dolor patris filius stultus.] Deus qui in sua natura impassibilis semper est & placidus: dolere tamen nostro more dicitur, cum homines quos ad se credendum laudandumque creauit, hosti potius maligno quam sibi, seruire considerat. Vnde & Moyses loquitur: Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra, & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creauit, à facie terræ.

h ¶ Et recta iugiter perstillantia litigiosa mulier.] Sicut recta perstillantia pluuiam quidè de celo suscipiunt, nec tamen hanc ad utilitatem aliquam disperunt, sed ad molestiam potius inhabitantium deriuant. Ita nimirum hæreticorum ecclesiæ, cœlestium dona verborum non ad salutem animarum: sed ad suæ vsum nequitia malè interpretando, & contra catholicos litigando conuertit. Recta. n. perstillantia, mundas quidem pluuiæ guttas accipiunt: sed sub rectis in domo for-

didat reddunt, & hæreticus limpidißima cœlestis oraculi verba, auditu corporis haurit: at vbi hæc corde polluto attrahit, auditoribus suis sorte mixta ministrat.

i ¶ Piger immittit soporem.] Piger appellatur, qui rectè sentiendo quasi vigilat: quamuis nihil operando torpescat. Sed piger immittit soporem, quia paulisper etiam rectè sentiendi vigilantia amittitur, dum à bene operandi studio cessatur. Rectè autem dicitur.

k ¶ Et anima dissoluta esuriet, &c.] Nam qui se ad superiora stinguendo non cingit, neglectum se inferius per desideria expandit. Et dum studiorum subtilium vigore non confringitur, cupiditatis infimæ fame sauciatur, vt quo per disciplinam ligari dissimulat, eo se esuriens per voluptatum desideria spargat.

l ¶ Fœneratur domino qui miseretur pauperis, &c.] Fœnus est pecunia ad vsuram commodata: qui enim miseretur pauperis, fœneratur domino: quia id eo erogat modica temporalia, vt ab eo recipiat ampliora æterna. Huius sententiæ veritatem probat ipse dominus, cum se eleeumofynam facientibus dicturum esse prædixit: Quandiu feceritis vni de his minimis meis, mihi fecistis.

m ¶ Erudi filium tuum, &c.] Subiectum tibi quemlibet, si errare conspicias, diligenter castigare curato: quod si curari renuit, ita erga illum circumspectè & temperanter age: ne quid omnino in tuis verbis vel actibus, vnde amplius peccet, inueniat. Cui scilicet opitulatur illud quod sequitur.

n ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

o ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

p ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

q ¶ Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilens flagellato, &c.] Nemo ita piger est, vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed piger labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc quidem vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare.

r ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

s ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

t ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

u ¶ Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilens flagellato, &c.] Nemo ita piger est, vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed piger labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc quidem vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare.

v ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

w ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

x ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

y ¶ Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilens flagellato, &c.] Nemo ita piger est, vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed piger labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc quidem vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare.

z ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

aa ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

ab ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

ac ¶ Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilens flagellato, &c.] Nemo ita piger est, vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed piger labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc quidem vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare.

ad ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

ae ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

af ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

ag ¶ Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilens flagellato, &c.] Nemo ita piger est, vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed piger labor est, manum ad os porrigere: quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc quidem vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare.

ah ¶ Qui impatiens est, &c.] Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, pro-

uocatus ipse in impatientia vitium labaris, damnum profecto tuæ virtutis incurris: & cum illi durius fortè increpando spem promerenda salutis agendaque pœnitentiæ quam habuerat, rapueris: rationem pro eo quod fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopia, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cum rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certè æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia editio ita hunc versum transtulit. Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si permissiosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit.

ai ¶ Homo indigens misericors est.] Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recollit: talis naq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & sub se quenter annectit.

aj ¶ Et melior est pauper quam vir mendax. Timor domini ad vitam, &c.] Melior est namque humilis corde, qui nihil fudit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dum superbiendo perdit bona quæ gessit.

G

Matt. 25. d

H

Handwritten notes in the right margin, including the number '25' and some illegible scribbles.



A
Exod. 20. b
Supr. cod. a

a ¶ Testis iniquus deridet iudicium. Illud videlicet de quo dicitur. Non falsum testimonium dices: vel certe venturum, de quo supra dicitur. Testis falsus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.

b ¶ Eros impiorum deuorat iniquitatem. Sicut famelicus refici-

cibis desiderat: ita impius ut iniquitatis executione fatietur, ardentem exquirat.
c ¶ Parata sunt derisoribus iudicia, &c. Et si reprobi, sicut praedictum est, vel iustionis vel communicationis diuinae iudicium derident: parata tamen eos expectant iudicia damnationis: quae ut mallei ferrum candens, ita eos in fornace gehennae sine fine verberent.

CAPVT XX.

Propter frigus piger arare noluit, &c. Qui nunc propter desiderium in Dei seruitio laborare neglexerit, venturo die regni mendicabit, & non dabitur ei: quia quaecumque feminauerit homo, haec & metet. Bene ergo regnum Dei estati comparatur: quia tunc meritis nostri nubila transeunt, & vite dies aeterni solis claritate fulge-

Gal. 6. b

c ¶ Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet. Multi quidem misericordes praesenti in saeculo apud homines videntur: virum autem fidelem, hoc est, qui recta intentione bonum opus faciat, inueniri difficile est.

B

¶ Iustus qui ambulat in simplicitate sua, &c. Non hoc secundum litteram semper stare potest. Nam & beatus Samuel vir iustus ac simplex, dissimulos sui filios reliquit, & Achaz iniustus ac reprobus, beatum post se filium reliquit Ezechiam: sed filios iusti dicit eos, qui exempla iusti sequuntur. Vnde nunc omnes electi propter fidem, filij dicuntur Abrahae: teste Apostolo qui ait: Si autem vos Christi, ergo semen Abrahae estis: quibus beatitudo non huius saeculi, sed futura promittitur. Vnde recte subiungitur.

1. Reg. 8. a
1. Reg. 18. a

¶ Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Et si enim in hac vita electi mala patiantur reproborum, ubi vniuersalis iudicij dies apparuerit, omnia mala dissipantur: & coronatis cum domino iustis, soli poenas subibunt iniusti. Quod etiam nunc per partes agit, cum quis sanctorum victor exierit de saeculo, & ille qui eum tribulabat persecutor digna factis perceperit. Potest hic versus & de electis accipi, qui habent aliquando latentia in mente mala, quae ab alijs videri non possunt hominibus: quae tamen dominus cermit, quando ea occulto respectu gratiae destruit. Denique conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi domini, &c.

Rom. 4.

¶ Quis potest dicere, mundum est cor meum: purus sum a peccato? Notandum quod non ait, Quis potest mundum habere cor, & purus esse a peccato? sed, quis potest dicere, inquit, mundum est cor meum, purus sum a peccato? quia sunt qui largiente diuina gratia, possunt iuxta humanum modum & cordis & operis munditiam habere: vnde est illud dominicum. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Et in psalmo. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim nemo mundum habet cor, neque vllus purus est a peccato, conueniens est profecto, ut nullus ascendat in montem domini: nullus hominum steterit in loco sancto eius. Quia vero constat multos ascensuros in montem domini, staturosque in loco sancto eius: restat utique ut sint multi mundo corde, & iuxta humanae possibilitatis modum puri a peccato: nec tamen seipsum quisquam mundum corde & immunem esse a

Luc. 22. g

peccato absque temeritate pronuntiat. Stulta est namque propria laudis actantia, temerarium de sua quemque innocentia, vel iustitia gloriari. Et quia sunt qui sua laudare quasi fortia: proximorum vero facta velut vilia solent improbare, recte subiungitur.

Matth. 5. a
Psal. 23. a

¶ Pondus & pondus: mensura & mensura, &c. Pondus & pondus: hoc est, maius & minus, mensura & mensura, similiter maior & minor, vtrumque est abominabile apud Deum. Praepositi enim in ecclesia praue viuentes, has duplices mensuras in domibus, hoc est, conscientijs suis habent: quia bonum quod alijs imperant, ipsi minime faciunt: & malum quod in subditis damnant, ipsi perpetrare non desinunt. Pondus & pondus, mensuram & mensuram, hypocrite atque haeretici in domibus, hoc est, in sensibus suis habent, in eo quod se mundos in cogitatione & puris in actione sua esse mentiantur: ceteros vero velut sortidos atque peccatores respiciunt & contemunt: quasi statera dolosa & mensura duplici, altera sua, & aliter facta proximorum pensant, ac per hoc in vtroque abominabiles apud Deum existunt. Diuersum namque pondus in domo sua, diuersam habet mensuram, ut aliter videlicet in semetipso, aliter metiatur

C

in proximo: qui in suis semper actibus quae laudari, in aliorum vero quae vituperari possint, imitatur. Et ideo tale ius abominatur dominus: quia nimirum quantum sibi metipso abiq; meritis placet, tanto superno inspectori merito displicet. Verum quia periculosum est cuiquam de aliena conscientia iudicare, cuius intentionem scire nequit, dat consilium quibus iudicij iudicium nostri cordis erga proximum dirigere debeamus. Nam sequitur:

D

¶ Ex studijs suis intelligitur puer, &c. Quemcumque enim virtutibus studere, modestia, continentia, auditioni sapientum, & obseruantiae mandatorum Dei, maxime quae humilitati ac simplicitati videris: huius munda esse & recta opera intellige. Quem vero his contrarium iter tenere deprehendis, hunc velut immundi ac distorti cordis hominem, aut corrigere & castigare: aut si hoc non vales, vitare ac declinare, ne ab eo ipse corruptus, curato. Nec videri contrarium debet, quod hic studiosi pueri munda esse & recta opera testatur: supra vero ait. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? In hoc enim verbum studium recte viuendi suadet: in illo praesumptionem propriae puritatis dissuadet. In isto munditiam & rectitudinem qualis in hac vita esse iustorum potest, docet habendam: in illo subtilitatem diuini examinis, qua hominum facta & intentiones diiudicat, monet semper ante oculos habendam. Vnde & illum locum antiqui interpretes ita translulerunt. Cum sederit rex iustus in solio iudicij, quis gloriabitur assum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Qui & hunc quem exponimus versiculum, manifestius posuere dicentes: Inuenis qui cum iusto est, directus erit via iustorum. Qui enim cum sapientibus graditur, sapienter erit. Sicut e contra, amicus stultorum efficietur stultus.

¶ Aurem audientem, &c. Aurem audientem, dicit auditorem verbi obedientem. Oculum videntem, doctorem eruditum. Nemo ergo cum se scripturarum scientia institutum, & ad dicendum verbum Dei videri idoneum, despiceat simplicitatem fratris: qui & si minus doctus ad praedicandum, non tamen minus est promptus ad discendum, vel ad implendum bona quae didicit: sed recolat quia qui sibi maiorem scientiae gratiam dedit, ipse fratri quae habet spiritualia dona tribuit: nec sibi propter se solummodo, sed etiam propter fratris comoda tribuit dona quae voluit: dans vnicuique gratiam secundum

Supr. 13. d

E cundum mensuram donationis suae.
a ¶ Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat, &c.] Noli diligere somnum peccati & inertiae: de quo Apostolus ait. *Hora est iam nos de somno surgere: ne te si non bene vigilare noueris, egestas in futuro, illa grauissima, ubi nec stillam aquae vnam fecit vtrunque.* ^a Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus. ^b Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. Ergo & is qui aeterna in caelis praemia comparare desiderat, malum est ei quod in praesenti debet sustinere, vt cum recesserit de mundo, tunc gloriatur aperte pspiciens: Quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.
b ¶ Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur. Ergo & is qui aeterna in caelis praemia comparare desiderat, malum est ei quod in praesenti debet sustinere, vt cum recesserit de mundo, tunc gloriatur aperte pspiciens: Quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.
c ¶ Est aurum & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia scientiae, &c.] Haec est gloriatio sapientis emptoris, qui quam diu emerit, malum esse dicit quod secum agit: cum autem recesserit, letabitur se sapienter emisit: sic etenim etiam caelestis regni emptor vbi hinc recesserit exultabit, comperiens labia scientiae, id est, doctrinae spiritualis qua vtilis est in comparatione caelestium, auro, gemmis, & vas esse assimilanda pretiosis.
d ¶ Snauis est homini panis mendacij, &c.] In quocumque membro quis amplius peccauerit, in eo ampliora in vltione patietur tormenta. Vnde recte qui in lingua magis delinquit, in ea plus acturus esse perhibetur: dum os eius calculo, qui est lapis ignitus, implendum esse refertur: quod accidi se constat diuini illi, qui epulabatur quotidie splendide: cum in inferno ardes, refrigerari sibi a Lazaro linguam petebat. Nam quia in verbis superuacuis in epulando defluerat, in lingua amplius ardebat.
e ¶ Ei qui reuelat mysteria, &c.] Si quis voluerit tuis misceri amicitijs, & hunc videris prioris amici pendente secreta, hunc veluti perdidum caue.
f ¶ Hereditas ad quam festinat in principio, &c.] Qui per avaritiam nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab aeterno patrimonio exhaeredes fiunt. Aliter: Hereditas ad quam festinat in principio, in nouissimo benedictione carebit. Qui gradum regiminis priusquam subesse didicerit, id est, ante tempus festinas praeposterus accipit: in nouissimo mercede benedictionis, quae bonis rectoribus debetur, carebit: qui ad mysterium altaris inductus & temerarius accessit, & ipse in die nouissimo gratiam remunerationis, quae bene ministrantibus reponitur, perdet. Potest & ita accipi, quod qui in praesenti suas vlcisci vult iniurias, hic corona patientiae in futuro carebit. Cui sensui potissimum videtur conuenire quod sequitur.
g ¶ Ne dicas, reddam malum: expecta dominum, & liberabit te.] Quod etiam versiculo sequenti aluit, cum dicit:
h ¶ Abominatio est apud dominum pondus & pondus, statera dolosa, &c.] Duplex namque pondus & statera habet suo in corde dolosam: qui dum peccauerit, ipse veniam petit a domino: & nihilominus peccanti in se homini ac penitenti, quod peccauit dimittere non vult: cum qui Deus est flectere ad miserandū precibus satagit, cum ipse homo existens, nullis hominum precibus, flecti ad misericordiam possit. Qui iure quasi iniquus ponderator abominatur a domino: quia suas

iniurias grauiore quam domini mensurat. Verbi gratia: nolens indulgere ei qui suam vxorem polluit, & postulans sibi indulgere, cum forte desponsatam Christi virginem maculauerit: vel certe animam suam Deo in baptismate consecratam, aliqua vitiorum sorde foedauerit.
i ¶ A domino diriguntur gressus viri.] Quicunq; hominum gressus rectum iter incedunt, non sit hoc libertate humani arbitrij, sed gubernatione illius, cui dicit Elaias: *Omnia enim opera nostra operatus es nobis.*
k ¶ Quis autem hominum, &c.] In hoc, inquit, manifeste claret: quia quicquid boni habet quisque, a se ipso non habet, sed per gratiam Dei: quod nec per sui libertatem arbitrij, qualis futurus sit, qualiter, vel quamdiu victurus intelligere poterit.
l ¶ Ruina est homini deuotare, &c.] Cum peccatum sit vlli hominum nocere: quanto maius est cum quis sanctos Dei offenderit, siue laeserit, & quasi vile mancipium pro libito suae voluntatis eos tractare non timuerit. Quomodo quadraginta viri in Actibus apostolorum deuouerunt se non manducatos neque bibituros, donec occiderent Paulum. Et pagani saepe, vt legimus, dijs suis Christianorum deuouere sanguine. Hunc versiculum antiqua editio, iuxta alium sensum posuit, dicens: *Muscipula est viro citato aliquid de suis consecrare: postea autem quam votum fecit penitentiam agit. Et quia vtroque, & eos videlicet qui sua contemnunt, & eos qui vt sua vota compleant sanctos persequuntur, damnatio restat aeterna, recte subditur.*
m ¶ Dissipat impius rex sapiens, &c.] Moris autem fuit antiquorum, vt adepta de hoste victoria, fornices sibi erigerent, in quibus virtutum suarum laudes describerent: vt in Saulis opere legimus. *Dominus ergo rex noster*, non solum impiorum destruit in fine malitiam: sed & magnam cum electis suis eiusdem triumphij gloriam perpetuo celebrat. Hunc versum antiqua translatio sic habet: *Ventilator impiorum rex sapiens, & immittit illis rotam malorum: id est, poenam nullo sine consummandam. Cui videlicet rote contraria est corona vitae aeternae: quam repromisit Deus diligentibus se.*
n ¶ Lucerna domini, &c.] Diuini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, eam sibi metipsum illuminans ostendit: quae ante spiritus sancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat, & pensare nesciebat.
o ¶ Exultatio iuuenum fortitudo, &c.] Canitiem sapientiam dicit. Tunc etenim ciuitatis cuiusque bene ordinatae, tunc res sanctae ecclesiae recte aguntur: cum & fortiores quique viribus necessarijs insistant operibus, & seniores maiore prudentia praediti, de his quae agenda sunt, salubriter consulunt.
p ¶ Luor vulneris absterget mala, &c.] Cum enim exterius percutimur ad peccatorum nostrorum memoriam, taciti afflictique reuocamur: & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus dolemus: sicque fit vt inter aperta vulnera corporis, magis nos abluat plaga secreta ventris: quia sanat nequitias prauis operis occultum vulnus doloris. Solet quippe ventris appellatione mens accipi: quia sicut venter consumit escas: ita mens pertractando excoquit curas.

Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocumque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem
CAPVT XXI.
Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocumque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autem
CAPVT XXI.
Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis & non potius omnium hominum in manu Dei esse perhibet, cum

Rom. 13. c

Eccl. 1. d

Luc. 11. c

Esa. 26. e

Act. 25. c

1. Reg. 15. c

Handwritten scribbles on the right margin.



A
Psal. 94. a

scriptum sit: Quia in manu eius sunt omnes fines terrarum: nisi forte regem, sanctum quemque appellat, qui vitorum bella in se iplo vincere, virtutum militiam novit stipare. Sicut enim dominus multifidis aquarum diuisionibus terrarum fines latè simul & aëris implet, regit quoque aquis superiora cœlorum: ita cor regis quocunque voluerit inclinabit illud: quia sicut diuisiones gratiarum, iuxta suam voluntatem, & angelis & hominibus tribuit: ita & corda sanctorum quibuscunque voluerit digna donationibus reddit. Neque vllum habet Pelagianista locum, quo absque Dei gratia quis saluus fieri possit.

Eccles. 12. d

a ¶ Peruersa via viri aliena est, &c.] Iuste coram domino viuere, proprium est humanæ conditionis. Vnde alibi dicit: Deum time, & mandata eius obserua, hoc est, omnis homo. At qui peruersè viuunt, alienam profecto à natura humana viam incedit. Peruersa ergo actio, aliena est & cõtra naturam. Qui autem mundus est in opere, hic rectè quod per naturam originaliter sumpfit, exequitur.

b ¶ Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, &c.] Adeo verum est, melius esse sedere in angulo domatis: id est, in secreta altitudine vitæ continentioris, quam cum muliere mala in domo, quæ tibi sit cum illa communis: vt etiam si optima tibi mulier duccenda offeratur, melius sit contempto cõnubio propter comitatum agni, cœlibem ducere vitam. Aliter: Quid per angulum domatis, nisi vitare religiosa, ab omni actione terrena remota, & à turbationibus vitæ præsentis quæta? Quid per mulierem litigiosam, nisi perturbati sæculi actio designatur: quæ amatoribus suis incessanter tentationes mouet, iurgia atque scandala seminatur, immittit lites, cõcitat bella, diuidit vnitatem, pacem violat, amicitias dissipat: eosque dum varijs cupiditatibus inflammatur, nec in semetipsis quiescere sinit: nec in fraternâ dilectione connexos esse permittit?

c ¶ Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, &c.] Generaliter hæc accipienda sententia: & non egeno tantum vel corporaliter infirmo. Nam & qui criminibus alienis nõ affectu misericordiæ condolare, sed iudicantis mauult tenere censuram: ostendit se necdum vitorum fecibus eliquatum, neque auditu diuinæ miserationis existere dignum.

d ¶ Munus absconditum extinguet iras, &c.] Qui iram districti iudicis, quam peccando meruit, placare desiderat, eleemosynas det pauperibus, & hoc nulla delectatione fauoris humani, sed tantum amore cõditoris, qui cordium occulta respicit. Sicut enim sit munus absconditum, sic ad mitigandum conditoris iram proficuum, si nullo extraneæ retributionis intuitu portigatur, sic implebitur quod ipse præcepit: Te autè faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

e ¶ Gaudium iusto, &c.] Gaudet iustus cum bonis defudat operibus: quia sperat se propter hæc bonis remunerandum esse perennibus. At verò reprobi dum mala, quæ dominum prohibuisse norunt, faciunt, quamuis suæ luxurie perpetracione carnaliter delectentur, mentis tamen pauore interno carere nequeunt, quia se mala perpetua passuros pro his quæ temporaliter malefecerint, non ambigunt.

Mat. 23. d

f ¶ Vin qui errauerit à via doctrine, in cœtu gigantum commorabitur, &c.] Gigantes dicit immundos spiritus: de quibus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, genuit sub aquis: & qui habitant cum eis, id est, superbi & malefactores spiritus demoniorum cum his quos depererint hominibus pœnis subacti torquentur: horum enim cœtui sociabuntur, quia via veritatis errauerunt, ipso iudice attestante, qui se illis dictum esse prædixit: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

g ¶ Pro iusto datur impius, & pro recto iniquus, &c.] Iusti & recti idem esse videntur: sed distant inter impios & iniquos, quòd iniqui sunt omnes reprobi: impij verò qui maioribus implicati sceleribus, vel vnquam sanctæ mysteria fidei perceperunt, vel post accepta ad apostasiam redierunt. Vnde potest hoc loco impius omnium fidelium persecutor dictus accipi: Poterit iniquorum vocabulo, generaliter omnes mali signari. Et pro iusto datur impius, cum pro martyre persecutor, qui cum morti dederit, punitur: pro rectis iniqui, qui eorum iustitiam videntes invidiam molebat. Damnatur Herodes, non tantum pro innocens, quos impiè necit tradidit, sed & augmentum damnationis accipit: quia fidem Magorum sequi ad querendum dominum noluit, cum esset Iudæus, & prophetarum dicta cognoscere: hinc enim dominus ait: Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, &c. Non quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit: sed quia in eius comparacione condemnabuntur, qui deuotionem eius scientes, cum multò facilius possent, sapientiæ curam quam dissimulabant habere.

h ¶ Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, &c.] Claretas bonorum operum Deo semper amabilis, & pinguedo dilectionis in sanctorum ecclesia resurget. Verum reprobi non tantum virtutes se non assequi, sed & persequi, & quantum valent in bonis obiuere festinant. Potest sane hic verius & de quolibet martyrum accipi: in cuius habitaculo, id est, corpore, anima sancta, Dei videlicet thesaurus seruetur, abudat & vnctio gratiæ spiritualis: at persecutor imprudens huiusmodi habitaculum dissipare potest: thesaurum verò qui habitaculo tenebatur & oleum, nequaquam tangere potest. Vnde dominus docet: Non timeate eos qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

i ¶ Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducia eius. Qui custodit os suum, &c.] Ciuitatem fortium, mundum dicit, qui quondam malignorum spirituum & tyrannidi stultæ subactus seruiebat: habens fiduciam vitæ in cultu eorum qui non sunt dii, sed opera manuum hominum. Hanc ciuitatem intrauit ille natus in carne, qui est Dei virtus & Dei sapientia: destruxitque per suos predicatores cultum eorum, in quibus fuere confisi, veritatis ignari: atque in fide cœlestium docuit habendam esse fiduciam, quæ nunquam posset destrui. Sed & quotidie ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruit robur fiducia eius, cum aliquis fidelis doctor argumenta philosophorum, vel hæreticorum, vel etiam contumaces carnalium fratrum contradiccionis, qui bus scelera sua defendere & alleuiare nituntur, asperione

C
Iob. 26. b
Mat. 23. d
D
Mat. 23. d
Gal.
Mat.
Mat. 23. d
fidei

DHIER
Tom. VI. 7

fidei ecclesiastica, castigationis disciplina redarguit atque emiserans annullat.

a *Testis mendax peribit, &c.* Qui se Deo servire testatur, nec factis dicta exequitur, peribit: qui autem fideliter ut promittit, iustis subditur diuinis: huius loquela ad victoriam perueniet: quia dum per obedientiam suam desideria vincere fatigat, per infuturam iudicis postmodum victoriam palmam percipit.

b *Vir impius procaciter obfirmat vulvum suum, & cat.* Iudas quia impius corde erat, quamvis ipso domino se redargente, noluit mala cepta restringere. Porro Petrus quia rectus erat corde, id est, rectitudinis amator, respiciente se domino mox penitendo coartavit, quod negando deliquit.

c *Non est sapientia, &c.* Quaecumque consiliantur & sapiunt haeretici, nihil est & vanum & inutile.

d *Equus paratur ad diem belli, &c.* Hominum quidem est Deo devotè tempore persecutionis animam prae parare, corpus offerre discrimini, sed diuini est adiutorij, ut cepto labori, agonis victoria saluq; succedat.

CAPVT XXII.

Melius est nomen bonum, quam diuitia multa. *f* Super argentum & aurum gratia bona. *g* Dives & pauper obuauerunt sibi, virtusque operator est dominus. *h* Callidus videt malum, & abscondit se: innocens pertransit, & afflicus est damno. *i* Finis molestiae timor domini: diuitiae & gloria, & vita. *k* Arma & gladij in via peruersi: custos autem animae suae longe recedit ab eis. *l* Proverbum est: adolescens iuxta viam suam, etiam cum fenuerit, non recedet ab ea. *m* Dives pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seruus est feneratoris. *n* Qui seminat iniquitatem, metet mala: *o* Et virga irae suae consummabitur. *p* Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquirat qui dat munera, animam autem aufert accipientium. *q* Ejce derisorem, & exibat cum eo iurgium: cessabuntq;

bonus habere nomen bonum refugit, sed à bonis solum quaerebat laudari qui ait: *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* Nomen ergo bonum est nomen religionis, quod diuitijs mundialibus iure preferatur. Nam *& si mundum quis lucraretur vnuersum,* melius hunc contemneret, tantum ut nomen eius scriberetur in caelo, eiusq; memoria & inter angelos, & inter homines sanctos figeretur aeterna.

f *Super argentum & aurum gratia bona.* Illam significat gratiam, cum quis pro bono opere laudatur à bonis, imo pro collatis ei donis meritum, glorificatur pater qui in caelis est.

g *Dives & pauper obuauerunt sibi, &c.* Neq; diuitem propter diuitias honores: neque pro inopia pauperem despicias, sed hoc in vtroque merito venerare: quia opus sunt diuinum, & ad imaginem Dei facti sunt.

h *Callidus videt malum, &c.* Multi ex principibus credere in dominum, sed propter pharisaos non confitebantur, ut de synagoga non egerentur: quia enim erant callidi, videbant malum perfectionis quod imminerebat, & absconderunt fidem pietatis quam parumper conceperant. Innocentes verò apostoli pertransierunt itinere recto professionis quo ceperunt, & afflicti sunt verbere, vinculis, carcere, & ipsa etiam morte multati. Vtrorumque autem exemplum multi vsque nunc, & in certamine fidei, & in communibus sequuntur actibus. Hunc versum antiqui interpretes manifestius, sed in alium sensum transulerunt: *Nequam puniri valde ipse disciplinam accipit: insipientes autem praetercuntes damno afflicti sunt.*

i *Finis modestiae timor domini, &c.* Modestiam dicit constantiam operum bonorum: timorè verò domini illum qui permanet in saeculum saeculi: quia nimirum perfectio virtutum est, ad hunc animi statum conscendere, quo gratiam conditoris, vel in modico timeamus offendere: nihil profus eius memoriae praepoentes, quae alibi *charitas* vocatur perfecta, fors mittentes timorem, seruilem videlicet & incipientem: quod metuit quisque, ne fortè peccando poenis mereatur subigi.

Quod autem subiungit: *Diuitia & gloria & vita, in futuro significat.* Finis ergo modestiae timor domini, diuitiae & gloria & vita. Quia nimirum perfectio virtutum est in hac vita, ut timeamus dominum timore sancto, hoc est, syncera illum dilectione colamus: finis virtutum in futuro, ut diuitijs hereditatis promissa, regni caelestis gloriam & vitam sine fine percipiamus à domino. Vnde Petrus: *Itaque cum videritis, exultabitis letitia inenarrabili & glorificata reportantes finem fidei vestrae salutem animarum vestrarum.*

k *Arma & gladij in via peruersi, &c.* Dupliciter intelligendum: quia peruersi & armati semper ad nocendum proximis verbo vel opere scelesto, & ipsos parata semper expectat vitio diuini examinis. Qui verò animam suam in aeternum saluari procurat, longe refugit ab huiusmodi armis & gladijs: quia & metem manumq; suam à proximorum laesione refrenat, & ne animadversione districti iudicis ipse feriatur, intenta mente praecauet.

l *Proverbum est: adolescens, &c.* Constat plerisque in senectute domino donante mutati à vitijs, quae adolescentes habuerant: & contra nonnullos illos se deserente, deserere circa senium virtutes, quibus ab adolescentia videbantur illustrari. Sed quia multo saepius quisque mores, quibus ab adolescentia imbutus est, in reliquum vitae tempus exequi consuevit, proverbium esse dicit: quia quod

adolescens quisque ceperit, in senecta non mutauerit: non tamè ipsum semper ita venire confirmat. Idcirco autem huiusmodi proverbium ponit, ut auditores suos à prima aetate virtutibus studere perluadeat: ne fortè in senectute non possint discere studia, quibus in tenera aetate mancipari despererant. Nam *& quo semel est imbuta recens, seruiat odorem Testa diu.* Et Graeca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem orbisq; domitorem, & in moribus & incessu Leonidis paedagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus paruulus adhuc fuerat infectus.

m *Dives pauperibus imperat, &c.* Patet iuxta literam. Sed & diuites virtutibus in iudicio occultè inspectoris principantur eis, imo eorum in futuro iudices existunt, qui virtutum diuitijs caruerunt. Et qui verbum doctrinae salutaris accipit à doctore, seruus est eiusdem doctores, id est, debitor implendi omnia, quae illi magisterij caelestis iure praecipit.

n *Qui seminat iniquitatem, metet mala.* Certum est quòdis qui vel verbo vel exemplo docet iniquitatem, recipiet vindictam. Sed quod sequitur.

o *Et virga irae suae consummabitur.* Illam maximè iniquitatem videtur dicere, quae immitti & impia mente peragitur, ut est latrocinia exercere, homines seruitio premere, tormentis laniare, morte perimere, bonem viduae pro pignore auferrè: ipsam de aduersario, cum possit, vindicare non velle. Talis etenim merito virga irae suae consummabitur, quia sicut dominus ait: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt,* id est, qui iniuste in alios seruiunt, ipsa saeuitia sibi metipsis interitum conciscunt. Verùm quia dixerat de impio, sequitur contra de pio.

p *Qui pronus, &c.* Huic simile est illud iudicis eiusdem, qui misericordes ab impijs discernens ait: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Quia esuriui, & dedistis mihi manducare, &c.* Possunt autem panes qui pauperi dantur, non solum alimenti carnalis, sed & doctrinae spiritualis, quibus anima recreatur, intelligi.

q *Ejce derisorem, &c.* Ejce haeticum, quem corrigere non

G

1. Pet. 1. b

H

E

Luc. 22. g

Gal. 1. b

Matt. 16. d

1. Cor. 12. f

1. Cor. 13. d

Matt. 26. d

Matt. 25. d

A

potes de ecclesia: & cum illi libertatem predicandi abstuleris, catholicae paci auxilium praestabis.

Psal. 128. c

a ¶ Qui diligit cordis munditiam, &c.] Qui mundo corde recta praedicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi & conditori saeculorum propheta dicebat: *Mibi autem nimis honorati sunt amici tui Deus.* Nam si quis gratiam labiorum recta praedicando praemonstrat: cordis autem munditiam custodire dissimulat, nequaquam talis aeterni regis amicitia frui posse putandus est.

b ¶ Oculi domini custodum scientiam, &c.] Superna conspectio custodit semper in ecclesia scientiam veritatis quam docuit. Verba autem haereticorum: imo omnis sermo pietati & iustitiae contrarius, quia domino rege non servatur, cum suo auctore subvertitur.

c ¶ Dicit piger, leo est foris, in medio, &c.] Dicit saepe in animo suo is qui ad agenda bona opera piger est, ad confitendam fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam non ui, foras profiteri: ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne forte me vel antiqui hostis aduersitas grauior tentet: vel etiam homo quilibet peruersus cum suorum turba derideat, conuictijs confundat, iniurijs afficiat: aut sicut multos iustorum, qui ab eius vita discordant, tormētis & morte consumat. Leo, inquit, foris, in medio platearum occidendus sum: quod est aperte dicere, & verba & opera virtutum, ubi ostendi foris ceperint, statim persecutio vel hominum, vel spirituum comitatur immidorum: nec valeo tentationibus resistere, sed in ipsis boni propositi vincor inceptis.

d ¶ Fouea profunda os alienae: cui iratus est dominus, incidet in illam.] Qui verba vel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianuam gehennalis pulsat abyssi: citoque mergetur, si pedem cautus non retrahat, si non membra caetera a vicinia cohibet foueae pœnalis: quam nullus omnino nisi filius irae illabitur.

Hier. 1. c
Dan. 4. c

e ¶ Stultitia colligata est in corde pueri, &c.] Multos nouimus pueros sapientiae praeditos. Nam & Hieremias puer prophetae ministerium suscepit, & Daniel scribit quod dedit Deus pueris abstinentibus scientiam & disciplinam in omni verbo & sapientia. Vnde restat intelligere, quod pueros hoc loco non aetate sed sensu, paruulos significet: quales vetabat Apostolus esse eos, quibus ait: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.* Huiusmodi enim pueros, id est, animos stultitiae vel lasciuiae vel inertiae deditos, necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustum vitae tramitem prudentium vigore perducere.

1. Cor. 14. d

f ¶ Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas, &c.] Constat quia rapaces, & quae pauperibus auferunt, & quae iuste videntur possidere, pariter omnia perdent, cum in examine districti iudicis poenas pro his quae gesserunt, recipiant. Sed & is qui pauperem spiritu statem calumniatur, virtutibus eius detrahendo, vt per hanc vituperationem ipse diuitias quas desiderat augeat, id est, gloriam laudis humanae maiorem, quasi sanctior accipiat: merito talis calumniator quicquid bonae actionis habere videbatur, amittet: & a fructu virtutum vacuus in fine manebit. Hucusque pertingit titulus parabolarum Salomonis, quia supra positus est: ex quo noui locutionis genus probatur assumptile, vt ea quae diceret non quasi ad alium quem doceret loquendo, sed velut solus se-

cum ratiocinando videatur effari, quarum videlicet parabolarum primus est verficulus: *Filius sapiens laesicat patrem, filius vero stultus mactat matrem suam.* Vltimus vero est iste, ad quem usque explanando peruenimus. Hinc ad priorem loquendi modum reuertitur, vt specialiter ad eum quem instruit verbum faciat: quod ita incipit.

C

Pro. 10. b

g ¶ Inclina aurem tuam, &c.] Pulchrum initium ponit nouae locutionis, vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum, quae tibi sapientes loquantur eum quem erudit iubeat.

h ¶ Quae pulchra erit tibi, &c.] Aspera saepe videtur incipientibus & insuauis doctrina sapientiae: sed cum eius virtutem intimo corde perceperint & operibus seruare, cum hanc quoque labijs propinare fratribus didicerint, pulchriorē hanc caeteris dogmatibus esse deprehendent.

i ¶ Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, &c.] Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia cogitare, loqui, & operibus hanc exerce praecipit, qua descriptione, triplici, totus iste libellus, si quis bene considerat, plenus refulget.

k ¶ Non facias violentiam pauperi quia pauper est, & caetera.] Potest de quolibet paupere vel egeno accipi, de quo dictum est: *Tibi derelictus est pauper, pupillo tuus adiutor.* Verum quia sequitur.

D

Psal. 9

l ¶ Et configet eos qui confixerunt animam eius.] Melius de illo intelligitur, qui cum diues esset, pauper pro nobis factus est: & non solum pauper vt nos ditaret, sed & vt nos redimeret, crucifigi dignatus est. Prohibet ergo sapientia suos auditores domino in carne predicanti violentiam mortemque inferre: quia nimirum certus restat interitus eis, qui in auctorem vitae manum mittere non timuerunt.

1. Cor. 8. b

m ¶ Noli esse amicus homini iracundo, &c.] Et cum haec de omni iracundo, vel furioso possint generaliter accipi: tamen nihil prohibet specialiter accipi de illis qui contra Saluatorem & discipulos eius vesana mente furebant. A quorum amicitia & comitatu prohibentur quicunque in eum credentes, curam suae salutis agebant, ne ex vicinia prauorum & ipsi perirent: quod ex Iudaei scariothis casu fieri posse probatum est. Generaliter autem dicendum: quia sicut perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, qui illos saepe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur, ita infirmi quique societatem debent declinare prauorum, ne mala quae frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delecentur imitari.

n ¶ Noli esse cum his qui defigunt manus suas, &c.] Noli esse cum his qui se, cum essent liberi ac sibi vacantes, defigunt manus in curas salutis malorum, spondentes se rationem pro eorum animabus domino reddituros. Si enim ille pro quo spondisti, non habet bona opera, quibus te liberum ac securum reddat tuae sponsionis: quae tibi utilitas est vt in die iudicii pro eius anima iudicaris, amittasque habitum iustitiae, quo indutus esse videbaris ac nudus ab ornamento virtutum existere comprobaris, quia quod domino teste pollicitus es, implere nequieueras. Hoc autem dictum est, non quod curam regendam animarum, cum tibi regulariter imposta fuerit, suscipere non debeas: sed ne passim nullo iubente de otio tibi ac praesulis officium temerarius usurpes.

o ¶ Ne transgrediaris, &c.] Ne transgrediaris terminos fidei, quos catholici ab initio statuerunt doctores.

p ¶ Vidisti virum velocem in opere suo: coram regibus stabit, nec erit ante

ante

D. HIER
Tom VI. 7

E ante ignobiles, &c.] Quicumque velocem videris in opere suo, vel in opere bono quod erat ei facere strenuum atque sollicitum: scito hunc in die nouissimi examinis coram Apostolis, qui cum Christo mundum iudicantes sedebunt, esse staturum: quia videlicet eorum iussa seruauerit, neque in parte ignobilium doctorum, quorum cauere fecit errorem, id est, ad sinistram iudicis esse ponendum.

CAPVT XXIII.

Q Vando federis vt comedas cum principe, diligenter attende, qua posita sunt ante faciem tuam, &c.] Per allegoriam cuncta dicuntur: Quando federis ad legendum cum magistro, vt verò pane verbi reficiaris: diligenter intellige q̄ scripta sunt, & discretionem sacre lectionis in tua locutione conserua: si tamen talis es tantumque eruditus, qui in potestate habeas animam tuam: nec quasi indotus mente tua circumferaris omni vento doctrinae. Guttur namque pro loquela posuit: quia vox in gutture est. Cultrū pro discretionem: quia cibo eū reficimur, cultro secante praeparamus. Et sedes vt comedat cultrum in gutture suo statuit, quando is qui diuina sedulus meditatatur eloquia, discreta ex ore verba depromit: nec alia sapius in lingua quam caelestis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius est facere, qui in potestate habet animam suam, id est, immobilem inter errores fallentium sapiētis animae statum seruare didicit. Vnde & rectè subiungit.

b Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.] Quod est aperte dicere: Ne desideres eius auscultare sermones, qui dulcedine mendacij dognarum auditores suos fallere consuevit.

c Noli laborare vt dixeris.] Diuicias scientia significat, quas vltra mensuram capacitatis nostrae querere prohibemur.

d Sed prudentia tua pone modum.] Illum videlicet, de quo supra dictum est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, hoc est, terminos datos à patribus veritatis & fidei.

e Ne erigas oculos tuos, &c.] Ne erigas mentem tuam ad perscrutanda diuinitatis arcana, quae penetrare non potes: haec enim caelestibus solum ciuibus patent.

f Ne comedas cum homine inuido, &c.] De scripturis cum haeretico non loquaris: qui inuidet humanae saluti, & mallet decipere quam corrigi. Quoniam sicut harioli & coniectores somniorum aestimat quod ignorat: ita haeticus, quae non intelligit in scripturis, prout libet, interpretari praesumit.

g Comede & bibe dicit tibi, & mens eius non est tecum.] Securus, inquit, disce qua dico, & age quae doceo: cum in his quae doceat, ipse fidem certam non habeat, sciens finxisse quae docet.

h Cibos quos comederis, euomes: & perdes pulchros, & car.] Senus peruersos, quos ab haeticis didiceras, necesse est vt

vel per poenitentiam corrigendus deseras: vel post mortem pro his poenas luere cogaris, perdasque sermones confessionis, quibus eis praedicantibus humiliter fauendum esse putaueras.

i In auribus insipientium ne loquaris, &c.] Huic simile est illud Euangelij: Noli sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. Sicut ergo supra admonuit ne haeticorum doctrinis auscultares: ita nunc cohortatur ne amore vanae gloriae seductus, immudis hominibus passim arcana veritatis ingeras.

k Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introcas, &c.] Propinquum paruulorum & pupillorum, dominum appellat: qui cum esset in carne, pauperum magis quam diuitum confors fieri dignatus est. Alioquin idem dominus est omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Possunt autem congruenter pupillorum ac paruulorum nomine illi designari, de quibus dominus ait: Videte ne contemnativum ex his pusillis qui in me credunt. Dico enim vobis: quia angeli eorum in calis semper vident faciem patris mei, qui in caelis est. Quorum agros & terminos qui attingit, hoc est, qui conuersationem eorum bonam inquietando laeserit, iudicium domini non euadit.

l Non emuletur cor tuum peccatores, &c.] Sit tota die, id est, toto tempore quo in saeculi huius luce consistis, & peccatorum exempla vitaueris, & dominum timere sategeris, habebis spem beatae retributionis in nouissimo, hoc est, cum ad vitae finem perueneris, ipso attestante qui ait: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitae.

m Noli esse in coniuuijs potatorum, neque in comestationibus, &c.] Carnes ad vescendum conferre, est in colloquutione derogationis, vicissim proximorum vitia dicere, de quorum poena mox subditur.

n Quia vacantes potibus & dantes symbola consumuntur, &c.] Symbolum Graecum nomen est, & interpretatur collatio. Est autem collatio sermonum, sicut in consilijs solet: est & pecuniarum siue aliarum rerum, vt praesens locus docet. Potibus ergo vacat, qui de opprobrio alienae vitae se inebriat. Symbolum verò dare, est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus & dantes symbola, sicut scriptum est, consumuntur: quia omnis detractor eradicabitur. Veltietur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopem à cunctis bonis operibus, mors sua inueniet, quem hic alienae vitae exquirere crimina, detractionis suae languor praecupauit.

o Gaudeat pater tuus & mater tua, &c.] Gaudeat Deus pater de tua iustitia, gaudeat & ecclesia mater tua: sed & sacerdos qui te per gratiam baptismi regenerauit, qui te erudiuit à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus.

p Cui vae cuius patri vae?] Querit disputando quibus hominum

cem in opere suo: coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

CAPVT XXIII.

Q Vando federis vt comedas cum principe, diligenter attende quae posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes animam tuam in potestate. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Noli laborare vt dixeris. Sed prudentia tua pone modum: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilae, & volabunt in caelum. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: Quoniam in similitudinem harioli & coniectoris aestimat quod ignorat. Comede & bibe dicit tibi, & mens eius non est tecum. Cibos quos comederas, euomes: & perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introcas. Propinquus enim eorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingre diatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuae ad verba scientia. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga non morietur. In virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum, & exultabunt renes mei cum locuta fuerint recta labia tua. Non emuletur cor tuum peccatores: sed in timore domini esto tota die. Quia habebis spem in nouissimo, & praestolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum. Noli esse in coniuuijs potatorum: neque in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Quia vacantes potibus & dantes symbola consumuntur, & vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contemnas cum seuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vedere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: & qui sapientem genuit, latetabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exulter quae genuit te. Praebe, fili mi, cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiāt. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insiadatur in via quasi latro: & quos incautos inuenierit, interficiet. Cui vae, cuius patri vae? Cui

rum siue aliarum rerum, vt praesens locus docet. Potibus ergo vacat, qui de opprobrio alienae vitae se inebriat. Symbolum verò dare, est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus & dantes symbola, sicut scriptum est, consumuntur: quia omnis detractor eradicabitur. Veltietur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopem à cunctis bonis operibus, mors sua inueniet, quem hic alienae vitae exquirere crimina, detractionis suae languor praecupauit.

o Gaudeat pater tuus & mater tua, &c.] Gaudeat Deus pater de tua iustitia, gaudeat & ecclesia mater tua: sed & sacerdos qui te per gratiam baptismi regenerauit, qui te erudiuit à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus.

p Cui vae cuius patri vae?] Querit disputando quibus hominum

G

Matt. 7. a

Rom. 10. c

Matt. 18. b

H

Apo. 2. c

Sup. 22. d

A sceleribus maxima à domino pœna seruetur. Et respondet ipse ratiocinando: quia his absq; omni dubietate, qui per ebriositatem deuoluuntur ad luxuriam: Cui, inquit, patris patri vix? Væ æternum interitû nominat. De quo dominus: Væ, inquit, homini illi per quem scandalum venit. Patrem autem

Matt. 18. a

cui vix imminet, vel hominẽ dicit à quo exempla prauis operis foras quisque vt peccaret, accepit: vel certè diaboli, qui intus in corde virus pestiferæ suggestionis infundit. De quo Iudæis dictum est: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.

Ioan. 8. f

a ¶ Cui rixa, cui fouea? Rixa, quod concordia seruat & pacem nescit, quem ebrietas sensus impotem reddidit. Fouea: quia passim in volubro vitiõ omnium cadere non trepidat, qui inter bona malaq; discernere quasi mète capere ignorat. Illamq; sapissimè foueam ebriosus incidit, de qua presatum est: Fouea. n. profunda est metretrix, & puteus angustus aliena.

b ¶ Cui sine causa vulnera? Quia multi nimis potati, vulnera per tumorem in membris acceperunt, quæ nulla ferri causa pertulerunt.

c ¶ Cui suffusio oculorum? Quia immoderatus vini haultus, & caliginem visus corporalis, & cæcitatem ingerit sensus interioris.

B

d ¶ Nonne his qui morantur in vino, & student calicibus epotandis? &c.] Non verat bibere vinum ad necessitatem, sed morati vltra tempus & vtilitatem in vino, & euacuandis alterutrum certare calicibus, iuxta illud Esaiæ: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

Esa. 5. e

e ¶ Oculi tui videbunt extraneas, &c.] Consuetum & penè naturale est vitium post ebrietatis venena diffusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiam, comitante prauitate ac turpitudine verborum.

f ¶ Et eris sicut dormiens in medio mari, &c.] In medio mari dormit, qui in huius mundi tentationibus positus, prauideret motus irruentium vitiõrum, quasi imminetes vndarum cumulos negligit. Et quasi sopitus gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium sollicitudinis perdit.

g ¶ Et dices: verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & non sensi. Quando euigilabo & rursus vina reperiam? Vox percussit & dormientis exprimitur. Mens quippè à cura sollicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ sicut imminetia mala nõ prospicit, sic nec quæ perpetrauerat, agnoscit. Trahitur & nequaquam sentit: qui per illecebras vitiõrum ducitur: nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Qui quidem euigilare optat, vt vina rursus reperiat: quia quamuis somno ituporis à sui custodia prematur: vigilare tamen ad curas sæculi nititur, vt semper voluptatibus deebrietur. Et cum ad illud dormiat in quo solenter vigilare debuisset, illud appetit, ad quod laudabiliter dormire potuisset.

CAPVT XXIV.

NE amuleris viros malos: nec desideres esse cum eis. Quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorũ loquuntur, &c.] Ne desideres eos imitari, quos cernis vitij illis, de quibus commemorauit, implicari: sed potius sapientiæ operam dare curato.

i ¶ In doctrina replebuntur cellaria vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. Cellaria sunt corda iustorum, quæ non nisi per doctrinam sapientiæ, donarijs virtutum replentur.

C

k ¶ Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, &c.] Non omnis qui fortis, etiam sapiens est. Omnis autem sapiens & fortis esse dicendus est: quia & si corpore imbecillus est, si ad sit sapientia, omnia fortis aduersarij, id est, diaboli certamina vincit.

l ¶ Excelsa stulto sapientia in porta non aperiet os suum. Non potest stultus ad sapietiam attingere, adeo alta est, quia in infimis iacet vitiõrum. Qui & si in præsentia se aliquid sapere putat: in porta tamen ciuitatis, id est, in exitu huius vite, inueniet nihil fuisse quod sapuit.

m ¶ Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur, &c.] Ne putares stultum æstimandũ fuisse eum quem hebetem tardumq; ingenio videres, palam ostendit: quia ille stultus sit vocandus, quæ vel in cogitatione peccati suggestioni cõsentit, tamen acer ingenio videtur existere: non aut ille quæ hebes sensu apparet, Deitamẽ imperijs quæ discere potuit, obtereperare disposuit.

n ¶ Si desperaueris lassus in die angustia, imminuetur fortitudo tua. Nihil execrabilius desperatione: quam qui habuerit, & generales huius vite labores, & quod maximè nocet in fidei certamine, constantiam fortitudinis perdit.

D

o ¶ Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare nec esses, &c.] Potest mysticè accipi: Erue eos qui ab hereticis decipiuntur: etiam fidẽ prædicando, libera bonorum operum exempla monstrando, eos qui à malè viuentibus catholicis trahuntur ad interitum. Sed & si quos in certamine persecutionis lapsos vel lapsuros aspexeris, sollicita hos exhortatione, ad vitam restaurare satage. Si quos fame perituros, si quos algore videris, illis dato victu & vestitu recrea.

p ¶ Comede filii mei, mel: quia bonum est, & fauum dulcissimũ gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ anima tua, &c.] Patet facillimè quare doctrinam sapientiæ melli comparet & fauo: quia nimirum sicut illud cibus: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinẽ præstat. Sed hoc inter vtriusque significantiam distat: quia mel quod in promptu est ad comedendum, moralem literæ superficiem insinuat. Fauus autem, in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figuratè denuntiat, vt subducto litere velamine suauitas sensus spiritualis, aliquanto cum labore vel mora percipiatur.

q ¶ Ne infidieris & quæras impietatem in domo iusti: neque vastes reliquiem eius. Ne quæras aliquam occasionem, qua deroges homini iusto. Ille enim si ceciderit, cito ad mouet pedem suum vt careat vitio: quod quidem non iteratur in factis: impij autem sic corruunt, vt vterius non resurgant, sicut subsequenter addit dicens.

r ¶ Septies enim cadit iustus, & resurgit: impij autem corruunt in malum. Quomodo autem iustus appellatur, qui cadere, id est, peccare memoratur? nisi quia de leuibis quotidianis loquitur peccatis, sine quibus nec iustorum quiquam esse in hac vita potuit. Quia nimirum per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per sermonem, per subreptionem, per necessitatem, per

fragili-

DHIER
T. VI. 7

E fragilitatem carnis, singulis diebus, vel inuiti, vel volentes frequenter reatum incurrimus: & tamen resurgit iustus, videlicet quia iustus est: nec iustitia eius præiudicat lapsus humanæ fragilitatis. Vnde bene cum de iusti casu loqueretur, non addit, in malum: quia & si malum est quod cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hæerere possint, citius resurgendo procurant. At contra de reprobis: Impij autem, inquit, corruiunt in malis. Quia videlicet impij cū ceciderint, vel (quod est grauius) corrueant, vt scriptura dicit, id est, cū capitalia crimina perpetrauerint: ita suo casu delectando assentiunt, vt ab hoc pœnitendo releuari despiciant.

a ¶ *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum, &c.*] Supra iusto insidias tendere vetuit: nunc autē vt perfectum te reddat in omnibus, etiam inimicis cum peccauerint, aut aliquid aduersitatis incurserint, in insultare prohibet. Ne fortē si miserante domino ad pœnitentiam salutemq; animæ redierint, actum amicitias fideles habere cœperint, tunc erubescas: quia illos aliquando despexeris, quos diuina gratia ad vitæ reuerauerat: sed quantum potes iacentibus condole, eosq; vt resurgere debeant, adiua. Et si vorū conatumq; tuū sequitur effectus, gaudebis de sanato quem malè habentē dolueras. Sin alias, tuæ tamen beneuolentiæ apud dominum fructu non carebis. Vel certò ita dicendum est: Ne gaudeas de casu inimici: ne fortē dominus superbiam tuam, quæ illi absque dubio displicet, hoc ordine deiiciens, humiliet, vt te cadente in peccatum, ille respiciens sanetur.

Luc. 20. 8

Iam. 5. d

b ¶ *Time dominum fili mi, &c.*] Iuxta quod dominus ait: Redite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Neque aliquid obstat in domino, vt regem, patrem & filium intelligas designari, qui vno eodemq; sunt diuinitatis honore colendi. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.

c ¶ *Et cum detractoribus ne commiscearis.*] Illis videlicet, qui dicentes se Deum patrem nosse, filium Dei in carne apparentem noluerint recipere.

d ¶ *Quoniam repente conserget, &c.*] Vtriusque dicit, & detrahetis, & eius qui illi fauendo commixtus est derogantium Christo principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæresiarum, & auscultantium illis auditorum.

e ¶ *Hæc quoque sapientibus.*] Subauditur, ignota sunt: quando reproborum quilibet quàm repentino interitu rapiatur à seculo. Vel hæc quoq; sapientibus sunt obseruanda quæ docui, ne detractoribus commisceantur: quia hoc specialiter vitio totum penè genus periclitatur humanum. Vnde eidē vitio mederi volens B. pater Augustinus, hos in sua mensa fecit verficulos describi: *Quisquis amat dictis absentium carpere*

viam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Hunc verficulum antiqua editio manifestius dicit. Hæc dico vobis sapientiam agnoscentibus. Quod sequentis sententiæ non incongruè potest esse principium.

f ¶ *Cognoscere personam, &c.*] Supra regem timere docuit, & nunc personam in iudicio cognoscere vetat. Vnde colligitur: quia ita principibus debetum obsequij temporalis subiectos oportet impendere, vt nunquam reuerentiæ vel timoris eorum respectu à via veritatis exorbitent. g ¶ *Labia deosculabitur, &c.*] Osculum pacis & amoris est signum. Qui ergo respondet recta, labia deosculabitur: quia quicunq; neglecta acceptione personarum sola iustitiæ verba sequitur, iste & insipientibus grauis fortē videtur, & austerus: multos tamen cum quibus pacem habent prudētes, multos qui sua dicta cū amore amplectantur inueniet. Sepè & illos quos aduersantes iuis rectis assertionibus tolerauerat, cōuersos postmodum ad meliora amicos recipiet & socios. h ¶ *Præpara foris opus tuum, &c.*] Quid est preparato opere agrū diligenter exercere, nisi euulsis iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad ædificium domus redire, nisi quod plerumq; ex bonis operibus discimus quantum vitæ munditiæ & in cogitatione cōstruamus: Ille quippè bonæ mentis domū ædificat, qui primum agrum corporis à spinis vitiorum purgat: ne si desideriorum fentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica, fame boni decrecente destruat.

i ¶ *Ne sis testis frustra, &c.*] Hæc ad exercitium agri nostri, id est, ad cultum bonæ actionis pertinent: Innocentem videlicet proximum falso testimonio non ledere, peccanti cuiuslibet fiduciam amplius peccandi adulando non tribuere, & malum pro malo non reddere. Sic enim fit, vt cum primò actus exterius bene composueris, postmodum ad interioris quoq; hominis excolendam munditiæm pertingas: & quasi post exercitium agri & mentis, hoc habitaculum pijs cogitationibus ornare, altiusque construere incipias. Quod quia reprobi facere dissimulant, rectè subditur.

k ¶ *Per agrum, &c.*] Per agrum, vineamq; pigri ac stulti transire, est cuiuslibet vitam negligentis inspicere, quam viticæ vel spinæ replent: quia in corde negligentium prurientia terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum: iuxta quod scriptum est: *In desiderijs est omnis otiosus.* Et maceria lapidum, in vinea vel agro stulti destructa iacet, cum cœpta virtutum munimina, vel improbitate hominum malorum deceptus: vel immundorum spirituum persuasione callida quisque negligens perdit.

G

H

Commentariorum libri secundi finis.

COMMEN-